pli: si eam vel studiosi sapientia regerent: vel eius rectores: sapientie studere contingere. Idez ait Galerius lib. vij. c. iij. Et idez Socrates: q̄ Eppollinis oraculo sapientissimus fuit iudicatus: prout dicit Pollicratus li. iiiij. c. vij. Nullus enim est: quez oporteat vel plura vel meliora scire: q̄ principem: cuius doctrina omnibus debet prodere subiectis: **F**uī enī pacis itēqꝝ belli debeat opera moderari: legum: reiqꝝ bellice ipsuꝝ oportet habere peritiam. ait Gegetius: renatus. Regale enī op̄ est sapere: et diuidicare: ait Tulli libro primo de divinatione. **G**Opus non potest exerceri sine descriptione sapientie. Iudez enī sapiens iudicabit populum suum. et rex insipiens perdet pp̄lm suuꝝ Eccl. x. **H**ende et deus voluit sapientes esse rectores populi sui. Sicut Abraham qui fuit peritus in omni doctrina egypciorum. Ach. viij. et Moyses. Similiter David qui habuit sapientiam sicut angelus dei. iij. Reg. xliij. Et Salomon petita deo sapientiam ad regendum populum dei: cui dedit dominus cor sapiens et intelligens. iij. Reg. iiij. princeps ei⁹ insipiens est sicut furiosus gladium habēs in manu: et sicut ignarus gubernator: tenens gubernaculū i tempestate. et sic leges ignorans et sedens in loco iudicii et iudicium perueriens. Qd plangit

## Cōmuniſōqūi.

sapiens Ecc. iiij. Si dī loco iudicij  
impietatem: & loco iustitie iniqui-  
tatem. Si tamen p̄tingat: q̄ p̄in-  
cep̄s sit ignarus sapientie & diui-  
næ legum: inquirat noticiaz di-  
uine legis a sacerdotibus & pre-  
ceptuz legis diuine. & audiat ve-  
ros doctores: & eorum consilijs  
acquiescat; exemplo David: q̄ ha-  
buit secum Matham prophetaz  
& Sadoch sacerdotem.

**C** Capl'm. viiij. Qd̄ princeps sit  
largus munificentia.

**I** Equia princeps d̄z om-  
nibus prodesse: vt dictū  
est: & d̄z omnib⁹ eē am-  
bilis: ideo debet eīse in eo largita-  
tis munificentia. Amici enīz sūt  
dona tribuētis: prouer. xix. Et di-  
nitie scilicet erogate addunt ami-  
cos plurimos. Ibidem. Hoc eīz  
facit principes amabiles: sicut d̄  
Tito ait Pollicrates li. iij. c. xiiiij.  
Quid dicam scilicet de Tito: qui  
patriis auaritiam tanta liberalita-  
te purgavit: vt amor & delitie ab  
omnibus diceretur: constantissi-  
me tenens in morib⁹: ne quem  
postulandi gratia ad se accedētē  
sine re vel spe quoquo modo di-  
mitteret. vnde & interrogantib⁹  
domesticis: cur plura pollicere f̄  
q̄ p̄fare posset: respondit: Non  
oportet: quēc̄ a sermōe p̄cip̄is  
tristem recedere. Idem recorda-  
tus super cenam: q̄ nihil ea die  
cuiq̄ prestitisset: dolēs & gemēs  
ait. O amici: diem hanc perdidī

Nullum enim vitium deterius  
avaritia: presertim in p̄incipib⁹  
rempublicā gubernantibus: ait  
Tulins. i. de offi. c. xxiiij. Et seque-  
tur. Qd̄ Apollo philius oraculo  
edidit. Spartā nulla re alia ni-  
si auaritia esse perituram. Unde  
& eius etiam suspicio est vitanda  
ait idem. c. xvij. Largitas v̄ o fa-  
cit p̄incipes amabiles: famosos  
& claros: ait Boeti⁹. iij. de solis.  
c. v. Claros largitas fac̄. & deb̄s  
esse multiplex in p̄incipib⁹ sc̄bz.  
**C** In donorū mūifica largitate  
**C** In sui affabili condescensio-  
ne & quasi sui exhibitione.  
**C** In superuenientium liberali-  
susceptione: &  
**C** In necessariorū prompta  
administratione.  
**C** Princeps enim debet dona  
tribuere f̄ni decentiam & eminē-  
tiā sui status: sine magna pre-  
ciositate & multa numerositate:  
indilata p̄optione: & hilari iocū  
ditate. habita tamen recta consi-  
deratione ad suam possibilitatez  
& ad eorum quibus dat qualita-  
tem: put docet Seneca. iij. de be-  
neficijs. c. xij. di. Respiciende sūt  
cuiusq; vires faciliatesq;: ne aut  
plus prestem⁹ q̄ possimus: aut  
minus. Estimanda est enim per-  
sona cui datur. vtriusq; personaz  
confer. & inter ipsas examina qd̄  
donabis. Ebi p̄oit exēplū d̄ Alle-  
xandro: qui dedit urbem caudā.  
Qui cum ille diceret: non conve-

nire sue hoc fortunę: nō quero fin  
quit quid te accipe deceat: s̄ qd  
me dare: Eñimosa vox et regia  
videtur: sed stultissima: ait Sen. i. b.  
Nihil enim per se decet quē  
q̄: sed refert quid: cūr: q̄re: vbi:  
tc. sine quibus facili ratio nō co/  
stabit. econtrario ponit exem/  
plum de Antigono: a quo Lin/  
nicus petiit talentum. Lui ille re/  
spondit: plus esse q̄ Linnic⁹ pe/  
tere debeat. Et ille repulsus peti/  
it denarium. Lui rex respondit:  
minus esse q̄ regem dare dece/  
ret. Tarassisma h̄ canillatio. In/  
uenit enim quomodo neutrū dare:  
cum posset denarīum tan/  
q̄ Linnico dare: et talentūz tāq̄  
rex. Nam personē contemptib⁹  
li parum potest dari. tamē decet  
personā nobilem magnā dare  
Sed hec largitas deb̄esse equi/  
tate iusta scilicet dando de p̄prio  
non de alieno: q̄titate modera/  
ta. vt det scilicet q̄tum decet uti/  
litate proficia: vt det ad utilitatē  
dantis. intentione ordinata: vt s.  
non ad pompa et lactantiam:  
s̄ ad prosectū suscipientiūz: pro/  
ut dicit de his Tullius. i. de offi.  
c. xix. Muli inquit patrimonia  
effundunt: inconsulte largiendo  
Quid autem stultius q̄ quod fa/  
cis libenter: curare ne id diutius  
facere possis. Ad quam etiāz lar/  
gitionez sequuntur rapine tc. Et  
sequitur. Duo sunt largorum ge/  
nera: quorum alteri prodigi scilicet

qui in epulis et innestationibus: et  
gladiatoꝝ muneras: ludorum  
venationūq; appatu: pecunias  
perfundūt et in eas res: quarti me  
moriā aut nullam aut breuem  
sunt relicturi. Elij sunt liberales:  
qui facultatibus suis aut captos  
a predonib⁹ redimunt: aut es alie/  
num suscipiunt: amicorūz causa  
aut in filiarum collocatione ad/  
suant: aut opitulantur in re acq/  
renda vel augenda. Idem Am/  
bro. primo de offi. vbi ait. Non ē  
largitas: si qđ alteri largiris: alte/  
ri extorqueo: illi dare: isti noceat:  
qd sit lactantie cā magis q̄ mibi  
cordie. Et ibi bñ de hoc. Et seqꝫ  
perfecta est: vbi silentium op̄te/  
git: et necessitatib⁹ singulorū ocul  
te subuenit: quam laudat os pan  
peris non labia sua. Nesciat inge/  
xps sinistra tua quid faciat dexte/  
ra tua. Matth. vi. Et de hoc Tullius.  
i. de offi. c. xvij. ea inquit li/  
beralitate vt amur q̄ amicis p̄fit.  
nemini noceat: nihil enim libera/  
le quod non iustum. Et Sen. i.  
de clementia. c. xvj. dicit. q̄ nō ē  
liberalis qui de alieno est libera/  
lis: sed ille qui qnod alteri donat  
sibi detrahit. Et hec munificen/  
tia prouocat amorem. nedū suo  
rum sed etiam extraneorum. vn  
de Talerius libro. v. c. i. narrat d  
legatis Carthaginensibus veni/  
entib⁹ ad urbem ad redimendū  
captiuos. quibus nulla recepta  
pecunia etiam exercitus captiuo

## Comuniloquii.

rum redditus est. Quos obstat  
potuisse arbitror: et secuz dixisse. O  
munificentiam gentis romane:  
deorum benignitati equandam  
Etiaz nostram legationem su  
pra vota felicem. Beneficiuz qd  
nunqz dedissemus accepimus.  
Unde et in admirationem: pco  
niationem: et dilectionez dantum  
eos beneficij munificetia prouo  
cauit. Et hanc largitionez auget:  
quando dona dantur prompte et  
clariter: prout ait Seneca. primo  
de bñfi. c. vi. d. qd quidā bñficiuz  
ab homine duro et aspero datuz:  
panem lapidosum vocavit: quez  
esuriēti accipe necessariū est: sed  
tñ acerbū. Unde qdā vñficator  
egregi⁹. Denigrat meritū: dantis  
mora: Nā data rapti. Bunera  
plus laudis: plusqz fauoris hñt.

**C** Capitulum nonuz. Qd prin  
ceps sit affabilis hilari leuicia.

**T** Emet princeps debet ee  
munificus in affabili sui  
ipsius zdescensione. Nā  
vt ait Seneca primo de benefi.  
c. xvij. Beneficium siue liberali  
tas fit dupliciter: aut opa: aut pe  
cunia. Altera ex archa: altera ex  
vñtate depromitur. Unde et in lau  
dem Traiani dicitur: qd arguen  
tibus euz amicis: qd in omnes ni  
mium: et ultra qd imperatorem  
deceat cōis euz respondit: se ta  
lem velle imperatorem esse pri  
uatio: qualem imperatorem sibi

quisqz priuatus optaret. Latere  
tanien princeps debet nemis  
condescendat et vilescat auctor  
tae: prout dicit Galerius libro. ij.  
c. i. narras: qd zedie reges nul  
li mortalium osculum ferebant.  
Quicquid enim in excuso fasti  
gio possum est: humilis et certa  
consuetudine quo sit venerabilis  
us vacui esse consuevit. Ex hac  
benigna consuetudine: et conde  
scensione Julius Cesar amorez  
militum suorum meruit. quia si  
lis condescendebat. Non enim  
eos milites pro conditione: sed  
blandiori nomine cōmilitones  
appellabat. Eliro qz mō eos  
diligebat: et carus habebatur ab  
illis. Et aliquādo militi suo subi  
ta valitudine grauato in diuer  
sorio locum suum dimisit: et ipse  
humili loco ac sub cliuo accubu  
it: prout narrat libro de vita Ce  
sarū beniuolentia enīz principis  
zdescessua suis: mltū eos puo  
cat in ei⁹ amorez. Un et d. Alex.  
narrat Galeri⁹. li. v. c. i. qpcū vide  
ret militē quandā senio consecutū  
frigore nimio stupefactum: cum  
ipse esset in sede sublimi propin  
qua igni: surrexit: et suis manib⁹  
illū in sede sua imposuit dicens:  
Illud salutare futurū: et qd apud  
persas capitale extitisset: solium  
regium occupasse. Quid igit mi  
rum: si sub eo duce militare tot  
annis dicebant iocundū: cui gre  
garij militis incolitas proprio sa

X

V

Z

A

B **N**igio carior erat. hec ille. Consu  
militer narrat Señ. v. de benefi  
cijs. c. xvij. de Cesare: q; cū vete  
ranus quidam miles diceret ei:  
qui apud vicinos ex causa pme  
bat. **E**ministi o imperator in  
hispaniam: cū sub quadā arbore  
feruenissimo sole veles residere  
quēdā ex comilitonibus penulā  
substrauisse. **E**mīni inquit: et  
q; sibi confectus ire volebā ad fō  
tem: sed nō poteram repere ma  
nibus nisi comiliton fortis ac stre  
nuus aquam mihi in galea attu  
lisset: posse inquit impator agno  
scere militem illum aut galeam?  
Ait imperator: se nō posse galeā  
agnoscere sed hominez. t adiecit  
Tu quidem ille non es. **E**berito  
ait miles: me non agnoscis. Nā  
tunc integer eram: postea in acie  
oculus effosus est: de capite ossa  
ejecta. Quod audiens Cesare ve  
nuit exhiberi negotiuz: t agellos  
in quibus causa rite ac litiū fue  
rat militi donavit. De Augusto  
Cesare narrat. Poli. li. iij. c. xvij.  
Milit. q; cū veteranus pericli  
tate te i bello Asiatico vicariū q  
fuit: s; p te ipse pugnauit. Detexit  
q; ipsas cicatrices. Erubuit Ce  
sar: venitq; in aduocationē: vt q  
verebat non mī supb' sed etiā in  
gratus videri. Tali benefica be

D **n**inolentia: t condescensione be  
niuola: metuit non solum amo  
rem militum: sed etiam aduersa  
riorū. De ipso quoq; Julio Cesare  
aīt Solinus li. i. q; benignitate  
adeo preditus fuit: vt quos ar  
mis subegerat: clementia magis  
vicerit. **A**nde t imperator eter  
nus rex regum: t dominus do  
minantium. vt onderet amores  
suum ad nos: t nos ad amorem  
suum aliceret: non solum sua no  
bis dedit: sed etiam seipsum: t sibi  
ima t admiranda munificentia  
se nobis cōicauit. ro. v. Lōmen  
dat charitatē suā in nobis. tc. Et  
Eph. v. Christ⁹ dilexit nos t tra  
didit semetipsū pro nobis. Joh.  
xv. Maiorem charitatē. tc.  
**C** Capitalium decimū. Qd p̄n  
ceps sit liberalis in hospitium su  
ceptione grata.

E **I**milititer princeps debet  
esse in susceptione hospi  
tū aduentientū daphilis  
t largus. Si. n. hospitalitas ē in  
oībus cōmendanda: t eius con  
trarium detestandū put di. Apo  
sto. Petrus. i. pe. iii. Hospita  
les innicē sine murmuratione t  
Heb. xii. Hospitalitatē nolite ob  
linisci. per hāc enī placuerūt qui  
dā angelis hospitio receperūt Libra  
ham. s. t. Eoth. gen. xvij. t. xix.  
**M**ulto magis est laudanda in  
principibus: t contrarium vitu  
peranduz. Per eam eis fauor: t  
amor populorū impetrat: q; spē

## Cōmuniōquii.

didū in panib⁹ benedicēt labia  
multorum. Ecc. xxxi. Unde t̄ sal  
uatorē nostrum voluerūt facere  
regem. postq̄ eos satianit pani  
bus. Jo. vi. sup qd̄ Lriso. omel.  
**F**Ixxi. dicit: q̄ multa fuerat opera  
tas mirabiliora: sed nunq̄ con  
fessi sunt eti regē nisi quando im  
pleti sunt panibus. Magna enī  
tyrānidis est superabundātia ca  
strimargie. ast ibi. Et econtrario  
narrat Tull⁹. iij. de offi. c. xviiij. q̄  
Bafito homini diuissimo pre  
termisso edilitatis. consulat⁹ re  
pulsa attulit. Huius hospitalitas  
exemplū habemus in Job. xxxi.  
c. libri sui. Si comedī bucellaz  
meā solus: t̄ non comedit pupil  
lus ex ea. tp⁹. Hors non mansit  
pegrin⁹: hostiū meū patuit via  
tori. Hospitalitas enī honestissi  
ma t̄ famosissima est principib⁹  
vnde narrat Galen⁹ de quodam  
magnate. li. viij. c. yltimo. s. Arg  
gentino gallie posseſſore: Erat in  
quit opib⁹ excellēs: sed animo  
locupletior: semperq̄ in errogā  
da potius q̄ congreganda pecu  
nia occupatus: adeo ut dom⁹ ei⁹  
quasi quedam munificentie offi  
cina diceret. Illic enim publicis  
apta munitmenta vſibus extrue  
ban: illic grata populū oculis  
spectacula edebant: illic epularū  
magnifici apparat⁹: libētiq̄ ani  
mo annone ſubſidia orſebantur  
Etcum hec: vniuersis in opia la  
borantibus priuatum alimēta: do

tes ēginsbus paupertate p̄fis  
detimentorum cursu quassatis  
ſubſidia errogabat: Hospites q̄  
q̄ tu urbanis penatib⁹: tu etiā  
rūſtīcīs tectis benignissime exce  
pti: varijs ornati muneribus di  
mittebāt. Quodā quoq̄ tempo  
re quingentos ſimul Selegētū  
equites cum tempeſtate in poſſeſ  
ſiones ſuas compulſos aluit t̄ ve  
ſtuit. Quid multa. Non morta  
lem aliquē: ſed proprie fortune  
benignū diceres ſinu. Ergo qd̄  
gallias poſſidebat oium q̄ſi om  
ne patrimoniu erat. pro cuius fa  
lute t̄ incrementis: t̄ argentina  
ciuitas q̄ t̄ vicine regiones vo  
tis excubabant. Ex cōtraria par  
te: ſunt loca archas habentia in  
excavabilibus clauſtris obſeratas  
Nōne preſtantiorē eſtimet illaz  
impensa: q̄ hanc cuſtodiā. hec  
ille. Ex quibus patet: q̄ hui⁹ ho  
ſpitalitas in ſuſceptione hoſpiti  
ſuit cōiſſima t̄ prōptiſſima: i col  
latione neceſſario: u: affluentiſſi  
ma: in ſubmiſſione urbanis  
ſuma: in duratione: beneſcentiſſi  
ma: hoc enī eſſe debet in hoſpi  
talitate precipuum. Et hec erant  
in palatio Salomonis. iij. S. e. i.  
Eidens regina Sabba domum  
quā edificauerat Salomon: t̄ ci  
bos mense ei⁹: t̄ ordines miſtrā  
tium: non habebat ultra ſpiritu. ſ.  
Similiter hec erant in conuiuio  
Eſſueri. Hester. i. viiiij quoq̄: ve  
magnificentia regia dignu: erat

**H**

abſtans & precipuiſ ponebat: nec erat qui nolentes cogebat ad bibendū. Nec debet esse vel aparere in palatijs principiū: & cōniuīs histrionici gestus: vel me retricū cantus: nec ludi inepti: nec clamorosi riſus: nec confusi apparatus: sed ciuiles & honesti gestus. Unde & in cōniuīo quod exhibuit Dido Enee & militib⁹ eius: licet eſſent multa ſuperflua. Et ſcribit Virgilius lī. iiij. Non tñ leguntur fuſſe in honesti cantus nec histrionici gestus. Unde of Lithara tinicus hiopas. Personat aurata docuit que maximus Althias. Unde hoīus genus: & pēcudes: vnde hymber & ignis &c. Licet enſ effet & femina prepattū & nimis delicateſ: & ad voluptatem tendens: non tñ ibi pſonuit cithara v'l ſtulta laſcivit: ſed que naturalia erāt: & cōniuīo ciuili decentia. In pūlio v'o Enee apd Euādrū: officio humātitatis exhibito. alia legunt. Ubi dī. Dapes ſubet: & ſublata reponi. Oculi. gramineo viros locat ipſe ſedili. Pd recipiūq; thori: & villoſi pelle leonis. Tunc leti iuuenes certati areq; ſacerdos. Uſcera costa ferunt tauroū: onerātq; canifris. Eſcitur Eneas: ſimul & troiana iuuentus. Perpeti tergo bonis & iuſtralibus eſcis &c. In pūlio ſemine cuncta erāt aurea: In cōniuīo v'o Enee ſedile gramineuſ & ſpoliagilconis pelle villosa. Ibi

Nulla quies ab epulis & delitijs: In iſto v'o cōniuīo neceſſaria ap poſita. Ibi cithara. hic ſacerdos ad arā: ibi iocosa: hic ſeria traſta bāt. Enī ſumie cauēdū principib⁹ ne laſcivie delitiariuz: & torpores ſomniori: ipſiū & ſuos eneruent.

Lāpana enī luxuria. iuicti armis hanibale: illecebris ſuis cōplexa romāo militi vīcedū tradiſit ſic dictum eſt ſupra. c. iij. huius diſti ctionis.

**C**lapl'm vndeclim'. Qd prin ceſ ſit longanimis patia.

**L**terius princeps debet esse longanimis patietia & imperturbatus: qd ut ait Greg. mor. xx. p̄tati amica eſt impatientia. Quā dī p̄inceps refrenare ex conſideratiōe natura lis parilitatis ſue cū illis quib⁹ p̄ eſt. Qd notaſ in predicta auctoritate Deut. xvij. q. f. de nūero fratrib⁹ debet eligi rex. In quo notaſ parilitas naturalis eius & illorū ſuper quos regnat. Qd conſiderans Job. xxxi. dicebat. Si con tempi ſubire iudiciū cum ſeruo meo: & ſequiſ. Nonne iūtero fecit me qui & illum? Et de hac patietia ſine intolerantia iniuriarum: ſine in ſuſtinentia improprietatū ſine in remiſſione eorum ut dicitur eſt in breuiloquio dī v'lutib⁹. Šū me enī iſracundia cauenda ē p̄ncipib⁹ propter eius pernicioſitatem & turpititudinē. ait Gen. i. de clementia aloquēs p̄ncipē. Lo

## Comuniloquii.

**O** qui inquit non potes. nisi ut vocē  
tuā que vbiq; sunt gentes exci-  
piat. Ira scī nō potes: nisi ut om-  
nia premantur. Cum igitur p̄n-  
ceps latere non possit: et omniū  
oculi in eū respiciant. putat ibi-  
dem: prouide debet p̄cauere ira  
cūndiam: que deformat hominē  
exteriorē: et confundit intiorez  
ait Sen. iij. de ira di. q̄ nihil eque  
profuit iratis q̄ itueri deformita-  
tē rei. i. ire. Nam in ea facies tur-  
batione: ora pulcherrima sedat: tor-  
uos vultus ex tranquilitate red-  
dit. linquit decor oīs iratos. Se-  
quit. Qualē putas aīum: cui⁹ eē  
imago tam feda est? Quanto illi  
intra pect⁹ est acrior spūs teribi-  
lior vultus: intensior impet⁹ ra-  
pturus se nisi eruperit? Quales  
sunt hostium v̄l ferarū cede ma-  
dantium: vel ad cedem euntium  
aspectus. Qualia poete inferna-  
lia monstra finxere: succinta ser-  
pentibus: et igne et flatu tc. Talez  
nobis iraz figurem⁹. Ideo ut ait  
Sicrius. Ira tis. profuit aspicere spe-  
culum: ut ymagō reperissa on-  
dat homini suam deformitatem.

**R** Cum igitur p̄nceps: gestum de-  
beat habere honestum ob oīz  
aspectum in ipsum: et habere ani-  
mum i perturbatum ad iudicandum  
in tranquilitate: et operanduz in  
equitate: studiose debet irā caueſ  
et animum in tranquilitate serua-  
re. Ira enim impedit aīum: ne  
possit cernere verum. Et ira viri

institiam dei non operatur. Ga-  
cobi. i. Debet enim p̄us vincere  
irā que est hostis interior. regnū  
anime confundens: demū vin-  
cere hostes: regum exterius inui-  
dentes: sicut fuit de Sabio v̄l fa-  
bitio. In cuius laudez ait Sen.  
i. de ira. q̄ p̄lus vicit iram q̄ ha-  
nibalem. Cōsimiliter de alijs p̄n-  
cipiūs legit: q̄ cum essent potē-  
tissimi tamē fuerūt patientissimi:  
qualis fuit Julius Cesār: p̄t le-  
gitur li. de vita Cesārum: et in sos-  
tinentia contumeliarum: remis-  
sione iniuriarū: et moderatione  
penarum: vbi dī: q̄cū el impro-  
peria dicerentur non iudicauit.  
Sicut fuit illud. Galias Cesār  
subegit. Nicomedes Cesārez et  
Nicomedes non triumphat q̄  
subegit Cesārez. Imponebatur  
enīm ei: q̄ Nicomedes rex Bi-  
timie fuit abusus eo in iuventute  
nephādo. si flagitio. Et cū multa  
conuicta de hoc audiret: semper  
dissimulabat. Similiter cum la-  
to clano vſq; ad manus fimbriæ  
to uti esset consuetus: et laxi⁹ cin-  
gereſ. ait Scilla admonēs opti-  
mates: ut puerū male cinctū ca-  
uerent. In codē li. legit: in acie p̄-  
clamasse: ut ciuibus parcereſ qñ  
pugnat contra pompeii: et ciui-  
bus suorū concessit seruare vñū  
quē velleſ p̄uis aduerſe: qñ. s. eēnt  
capti: Nec legum vlli perisse ab  
eo nisi in p̄lio exceptis Africano  
et Lutio. Et nec hos ellaz: de vo-

fuitate eius peremptos putant:  
 ut dicitur ibi. Similiter cum esset cu-  
 pidissimus margaritarum: et vice-  
 ret Leclio: ut aliquid ficeret. rū  
 dit. Prodius faciaberis margaritam.  
 Similiter: cum quidā diceret: vel-  
 lem: me ad cenā iuitasser: pfecto  
 nū reliquiarū fuisset: nunc me  
 reliquie vestre exercent. Impos-  
 nebat enī ei: quod erat anarū et cupi-  
 dus: Silvius de Lesare Augusto  
 legiſ prout dicit. Mollis. l. iij. c. xv/  
 iii. quod mira patientie fuerit. Cum  
 enim aduersus priuatū quendam  
 escandesceret: loquere inquit Au-  
 gustus quod placet: quod diligentiam  
 auribus: et lingue taciturnitatem  
 indixi: quietem aio. Et in oībus  
 his potentiam meā acusa: quod nil  
 aliud argui potest in patientia mea  
 Unde obseruatiū est: quod quotiens  
 ingrederebatur urbem: ne de quoque  
 suppliciū sumeret. Et ibidem dicitur  
 quod cum quādam sibi diceret: o tyrā-  
 ne: respondit. Si essem nō dice-  
 res. Itēz Lurius eques Roma-  
 nus: cum macrū turduz sumpsis-  
 set in coniuicio Lesarii: interro-  
 gavit an mitteat licet: respōdit:  
 Quid nō liceat? Ille statim per se  
 nestrā misit. Similiter miles per  
 itus aucupiū: noctuam que Lesa-  
 rem ingebabat: spe ingentis pre-  
 misi captam durit ad cesarē. hoc  
 laudato: iubet imperator: mille  
 nummos dari. Et ille ausus est  
 dicere. Malo ut vinat: auētq; di-  
 missi. Abiūtq; consumat miles:

non sine admiratione multorum.  
 Lesare nō offendit. Itēz Augustus in  
 pollionez scripserat p̄feseninos.  
 Lātica. s. nuptialia. Et ego īquit  
 Mollis taceo. Non. n. ē leue in  
 eū scribere q̄ p̄f. p̄scribef. Sicut  
 aut̄ non facile concipiebat iram:  
 ita nec facile admittebat ad ami-  
 citiā: et quem semel admiserat cō-  
 stantissime retinebat. Et eidez in  
 tra varia dedecora a quodā pro-  
 broso obiectum est: quod adopiōez  
 autinculi: stupro meruerit: quia  
 eum Julius cesar amasse artus  
 dictus est: non sine rubore p̄stra-  
 te amicinē. Illi quoq; frat̄ obie-  
 cit quod solitus esset crura ardenti fa-  
 ce suburere quo mollior surgeat  
 pilus. Item eo tyrānizante in q̄t  
 plebeius. Tides ne: ut Linenus  
 orbem digito temperat. Et cum  
 magnus ob corporis breuitatem  
 cōuiciatis cuiusdaz impetu dice-  
 retur: sibi calciamentis grādus/  
 culis esse vtēdū. rūdit. ¶ De Ti-  
 berio quoq; legitur: quod Iz in mul-  
 tis fuerit vitiosus: aduersus tamē  
 conuicia patiēs fuit. di. q̄ in ciui-  
 tate linguas esse liberas: et men-  
 tes hoīum oportebat. ¶ Similiter  
 Domitianus patiens fuit vboz.  
 Lui fertur dixisse orator Lucan⁹  
 Non esse mirum si eneaz habe-  
 ret barbam: cui os ferreum: coz  
 plumbeum esset: eo q̄ dura dum-  
 taxat loquebat: que ex iniquitatib;  
 adipe magis q̄ corde cōceperat  
 procedebant. ¶ De patientia quo-

## Cōmuniloquii.

q̄ mirabilis Augusti Cesaris dicitur  
Sen. illi de ira. Qd̄ cum Timagines historiarum scriptor: quem  
dam in ipm Cesare: quedam in  
uxorem: quedam in totā domū di-  
xerat. nec dicta perdiderat: s̄z cir-  
cūferebat: ait in ore eoz est. the-  
meraria v̄rbanitas. Et ideo illuz  
sepe monuit Cesari: vt lingua mo-  
deratis vieret. Perseuerati v̄o  
illi. domū suam interdixit. Con-  
sueverat tñ ille alium in contu-  
bernio pollio: q̄ libros: acta Ce-  
saris: continentes. Idē Thimar-  
gines combussit: et tñ Cesari nec  
motus est: q̄ laudib⁹ suis gestis/  
q̄ manus intulerat. Nunq̄ cuz  
hospite inimici sui quest⁹ ē. An  
arguit ibi Sen. bene: Dicat: sibi  
quisq; quotiens ira lacerat. Hñ  
quid in domo mea plus possum  
q̄ toto orbe terrarū diuus Augu-  
stus potuit: Ille tñ contentus est  
a cōuiciatore suo secedere. Quis  
sum ego: cui⁹ aures ledi nephias  
sunt? Multū ignouerūt hostibus:  
ego non ignoscam pigris: negli-  
gentibus: gatulis: ubi subdit: q̄  
debent mouere hominem ad igno-  
scendum. Puerū inquit etas ex  
euse: feminam sexus. extraneuz  
libertas: domesticū familiaritas  
Sequit. Inimicus est. s. qui offen-  
dit: fecit quod noluit: inimic⁹: qd̄  
debuit: prudentiori cedam⁹: stu-  
tiori remittamus. Pro quo cun-  
q̄ illud nobis rependam⁹: sapie-  
ssimos etiam viros qñq̄ delin-

quere. Neminem esse tam circū  
spectū: cuius non diligentia sibi/  
ip̄i aliqui decidat: neminem taz  
maturum: cuius non gratuitatez  
in aliquod fedius sc̄m castis im-  
pingat: nemine tam timidū offe-  
sarum: qui non in illas duz vitat  
incidat. Nobiles enim viri des-  
piciunt opprobria t̄ cōsmelias:  
aut ibidem: ponens exemplū bo-  
num. Proprium est inquit ma-  
gnitudinis vere: nec quidē senti-  
re se percussam. s. iniurijs. Sicut  
enī imanis fera t magna: ad la-  
tratum canū lenta respicit. Et si-  
cut hirticus ingēti scopulo fluct⁹  
resultat. Qui enī n̄ irascit. icōcns  
sus iniuria p̄ficit. Qui v̄o irascit  
mort⁹: Ut enī nobilis audies i-  
propria: v̄z cogitare eoz stulticiā  
iūperatiā: vel ignoratiā: Enī aut  
ibi. Quare fers egri rabiem: fre-  
netici verba: puerū proteruias  
Nempe quia videt nescire quod  
faciunt sic t de alijs. Sunt enim  
imprudentes: t in oībus parā  
prudentia: par patrocinitā. Ibidē  
narrat Sen. de mira paucitatis An-  
tigoni regis. Cum enim quosdā  
ex militibus audisset omnia ma-  
la imp̄cantes regi. qui eos in illud iter:  
t inextricabile lutum de-  
duxisset: accessit ad eos qui ma-  
xime laborabant. Et cum ignorā-  
tes a quo adiuuarent: eos expli-  
cuisset: nunc inquit maledixisti  
Antigono: cuius vitio in has mā-  
serias incidisti: modo autē bene

B

C

D

E

**F** optate ei: qui vos ex hac voragine  
 eduxit. Nec aplius dixit eis. Idē  
 etiam antigonus cū obseisset ca-  
 strum t multa impropria. sibi e-  
 castro dicere fiducia loci. con-  
 temnentes hostē: respōdit. Sau-  
 deo t boni aliquid spero: si in ca-  
 stris meis silentiū habeo. Quos  
 cum fame domiūset: captis sic  
 vīsus est: vt eos qui militie utiles  
 erant in cohortes ascribeſt: cete-  
 ros preconi ſubiceſt. Idq; ſe ne  
 ganit facturum fuisse. niſi expedi-  
 ret hiſ: dñm babere: qui tā ma-  
 lam hñt lingnam. Ibi etiam dſ.  
 q; Scipio africanus cuidam ar-  
 guentū euz: q; parū pugnaret: rñ-  
 dit imperatorem me peperit ma-  
 ter mea nō bellatorē. Erat tamē  
 fortissimus strenuusq; bella-  
 torē t victor. Ibidem legit d Leo  
 doſio imperatore: t recitat in co-  
 dice: q; ait. Si quis noia noſtra  
 crediderit laceſſenda: enī pene no-  
 lumus ſubici: qſi ſi ex levitate  
 procedit contemnendū eſt. ſi ab  
 iſania: miſeratiōne dignū: ſi ab  
 iniaria: remittendum. Ibidem le-  
 gitur de vespasiano: q; dicenti ſi  
 bi opprobria rñdit. Huiusmodi  
 hominibus riſum debemus: no-  
 bis aut̄ correctionē: penaſ crimi-  
 nosis. De patientia phorū dſ  
 in policratio: q; Hippippus: cui-  
 dam maledicentib; respondit.  
 Ut tu lingue tue: ſic ego aurium  
 mearū dñs ſum. Ibi etiam dſ:  
 q; Xenophon de ſe male dicenti

**H** rñdit. Tu dīdicisti mala dicere:  
 t ego: maledicta cōtemnere. Et  
 Diogenes ait. Oportet ſapiaz ab  
 insipientibus feriri: t meliorez ſe  
 indicat lingua mala cū quē car-  
 pit. Socratem interrogavit Elci  
 biades: quare Xantipeni uxorez  
 ſuam iurgioſaz: t que die noctu-  
 q; mulieribus ſcatebat moleſtia  
 e domo non abiceſt. Cui phiz.  
 Num talem domi perpetior con-  
 ſuesco exercitor: vt ceteroz foris  
 petulantiam t iniriam facilē fe-  
 ram. Quare aſit patiētia: t ire cō-  
 tinentia magis eſt necessaria phn  
 cipib; rationem reddit Señ. eo-  
 dem lib. dī. q; cū vniſis ſit ſervien-  
 tibus: affectuſ ſuoz t hui⁹ mali-  
 rabidi. ſire ɔtinetia: vniortū e re-  
 gib; peſit enī oia: vbi ɔtū ſuadet  
 ira: fortuna pmitit. Nec diu po-  
 test que nullo malo exercet ſta-  
 re potentia. Et enumerat ibi exē-  
 pla de potentibus quos potestas  
 incitauit in tyraṇnicā iram. Mar-  
 rat enim de Dario duce perſarū  
 q; cum indixiſſet bellū Sciticos  
 rogauit a nobile ſene: vi ex trib⁹  
 filijs vnu in ſolatium ſibi dimiſſe-  
 ret: duorum autem opera vteret  
 plusq; rogabat pollicitus: om-  
 nes ſe illi dixit remiſſurū: t oc-  
 ciſos i ſpectu patri abicciit: cui  
 delis futurus ſi omnes adduxiſ-  
 ſet. Similr narratib; de Fer-  
 ſe: q; patri petēti vacationē vni⁹  
 filiorū: petēti permisit eligere quē  
 veller. Denū quē elegerat in par-

H

I

K

L

## Comuniloquii.

M  
tes distractū sibi dimisit. ¶ Si-  
militer narrat de rege Lambise:  
q̄ cuz yn' ex carissimis nimis de-  
ditū vīno moneret: vt partitus bi-  
beret: turpē esse dicēs i rege ebrie-  
tate quem oīum oculi auresq; se  
quit r̄ndit rex: vt scias oclōs p'  
vīnū esse in officio: manu appro-

babo. Deinde bibit liberalius q̄  
alias: t̄ iussit filiū eius stat ex op-  
posito: t̄ intendens arcū cor ad o-  
lescentis transfixit. Id enim sepe  
appetere dixerat. t̄ respiciēs p̄r̄z  
interrogauit si satis certā habēt  
manū. At ille negauit: Apolinez  
ponuisse certius dimittere. O cru-  
entū regē. o dignū in quē oīum  
suorū arcus verterent. ¶ Simi-

le narrat ibi de Arpallo rege per-

sarum: q̄ cū esset a quodā offen-  
sus: filios eius epulandos appo-  
suit: t̄ subinde quesivit an place-  
ret conditura. Et vt vidit eū ple-

nū malis suis. filiorū capita affer-  
ri fecit: t̄ quomodo esset acceptū  
interrogauit: nec defuerunt v̄ba  
misero. Apud regē inquit oīis ce-  
na iocūda. ¶ De Lyro similiter

narrat ibi: q̄ cuz versus Babilo-  
niā festinaret ad bellū: nec pos-  
set trāsire latefusū amnē. Sissen-

t̄ esset vñus equ⁹ regius ibi sub-  
mersus: ira cōmotus: iurauit: se

amnē illum diuisarum: vt etiam  
nō solam transiri: sed etiam cal-  
cari a feminis posset: quē postea

in quadrigētos: t̄ sexagīta riuos  
diuisit. Nec feritas regibus bar-

baris fuit mira: quos nulla eru-  
ditio nullus litterarum cult⁹ im-  
buerat ait ibi Señ. Quanta etiā  
scelera fecerunt prīcipes irati nar-  
rat ibide. Sicut de Alessandro: q̄  
Titum sibi carissimū: t̄ vna secū  
educatū parum sibi adulantē in-  
ter epulas manu sua transfodit.  
Sed t̄ obiurgantē se ex macedo-  
ne ac libero in persicam seruitutē  
transeuntē similiter Lisimacum  
eque sibi familiarē leoni obiecit  
Et Talephorū membris truncata-  
tum. s. aurib⁹ t̄ naso: in cauea ve-  
lut aīal quoddā nouum t̄ inusita-  
tum diu pauit. Et cum esset dissi-  
missimus homini qui illa patie-  
bat dissimilior erat q̄ faciebat: ait  
ibi Señ. Id vincendū igī impa-  
tientiam in oībus: vt semper sit  
cōpos sui: sollicite t̄ studiose de-  
bet prīceps laborat: vt sit victor  
non hoīum tñ: sed etiam vitiorū  
Nam terrena potestas vult esse  
victrix gentium cū sit captiva vi-  
tiorum: ait Aug. xv. de ci. c. viij.  
Licet autem multis alijs modis  
debeant prīcipes informari in  
dictis modis spāliter possunt pre-  
dicatores euangelici habere oc-  
casione edificatorie conferendi  
cum p̄ncipib⁹.

¶ Capl. duodecimū. Qd̄ p̄i-  
ceps sit virtuosus in vita.

Gales aut̄ esse debeant  
cōmūter prīcipes fide-  
les: docet optime Augu-  
st. de ci. c. xxiiij. dicēs. Neq; nos  
xpianos

R xianos quondam imperatores  
tēco felices dicimus: quia vñ diu-  
tiis imperarent: vel imperātes  
filios morte placida reliquerūt:  
vel hostes reipublice domuerūt  
vel inimicos ciues ḥ se infi-  
tes & cauere & opprimere potue-  
rūt. Hec et alia huiusmodi  
erūtose vite vel munera vñ sola  
lata quidam etiam cultores de-  
monum accipere meruerūt: qui  
non pertinent ad regnum dei: q̄  
pertinet isti. Et hoc de misericor-  
dia scilicet factum est: ne ab eis  
q̄ in eum crediderint hec tanq̄  
summa bona desiderent. Sed  
felices eos dicimus: si iusta im-  
perant: si inter linguas: se subli-  
miter honorantium: & nimis ho-  
norabiliter salutantium: & sibi ni-  
mis humiliter obsequentū: nō  
extolluntur: si se homines eē me-  
minerint: si potestatem suam ad  
dei cultum dilatandū: maiestati  
q̄ eius famulari faciūt: si deuī ti-  
met diligūt & colūt: si plus jamāt  
regnū illud: vbi non timent ha-  
bere consortes: si tardis vindi-  
cant: facile ignoscūt: si eandē vin-  
dictam pro necessitate regende  
tuendeq̄ reipublice: non pro sa-  
turandis inimicis tuarū odiis ex-  
ercent: Si eandem veniam lenō  
ad impunitatē iniquitatum: sed  
ad spēm correctionis indulgent  
si quod aspere cogūt plerūq̄ de-  
cernere: misericordie lenitate: et  
beneficio: un largitiae compen-

sant. si luxuria in eis tanto casti-  
gatior: q̄to pōt esse liberior. Et  
si hec omnia faciant nō propter  
fauorem inanis glorie: sed ppter  
charitatem felicitatis eterne. Si  
propter peccata sua: humiliatis  
& miserationis: & orationis sacri-  
ficiū deo vero immolare non  
negligunt: Tales xianos impe-  
ratores: dicimus esse felices in-  
terim spe: postea re ipsa futuros:  
cum id quod expectamus adue-  
nerit. hec Augu. Qui sufficien-  
ter ordinabiliter: & perfectibiliter  
que necessaria sunt principibus  
enumeravit. Item de informa-  
tione dominorū bene in tracta-  
tu de xij.abusis. vbi dicit. Se-  
xtus abusionis gradus est domi-  
nus sine virtute. nihil enim p-  
ficit. dominandi habere potesta-  
tem: si dominus ipse nō habeat  
virtutis vigorez: Et sequit. Era  
necessario cum qui dominat ha-  
bere oportet scilicet timore: amo-  
rem: & ordinationem. Nisi enī  
ametur dominus: pariter & me-  
tuatur: eius ordiatio minime sta-  
re potest. per beneficiorū igitur  
affabilitatem procuret: vt diligat-  
ur: per iustas vindictas non p-  
prie iurie sed legis dei studeat:  
vt metuatur quoq̄ quia multi  
pendent in eo: ipse deo adherere  
debet: qui cum in ducatum con-  
stituit: qui ad portanda multorum  
onera cum velut fortiores solida-  
vit. vbi ponit exemplum: Psaril

T

V

e

# Comunilōquii.

X

tius enim nisi bene fixus firmi-  
ter alicui fortiori hereat: oē quod  
in eo pendet cito labitur: t̄ ipse so-  
litus a rigore sue firmitatis cuz  
omnibus ad terram dilabit. Sic  
t̄ princeps nisi conditori suo ad-  
hereat pertinaciter: ipse t̄ omnis  
qui sibi consentit cito deperit. Et  
ponit ibi exempla de quibusdam  
qui per officiū dominandi plus  
deo propinquarūt. sicut Eboy-  
ses. Quidam v̄o. deteriores fue-  
runt. sicut Saul. Et in eodem tra-  
ctatu dicitur: q̄ nonus abusiōis  
gradus est: rex iniquus. Sequit  
iusticie regis est: neminem iniu-  
ste per potentiaz opprimere. Si  
ne acceptance personarum inter  
vīrum t̄ proximum recte iudica-  
re. adueniō: pupilliō: t̄ viduli de-  
fensorē esse: cohibere furtā: adul-  
teria pūire: iniq̄s n̄ exaltare: im-  
pudicos t̄ histriones non nutri-  
re: impios de terra perdere: pari-  
cidas t̄ periuros vivere nō sine-  
re: ecclesiās defensare: pauperes  
alere: iustos super regni nego-  
tia constituere: senes sapientes t̄  
sobrios consiliarios habere: ma-  
gorum: ariolorū phitonissartōq̄  
superstitionibus non intendere:  
fracundiam differre: patriam in-  
ste t̄ fortiter h̄ aduersarios defen-  
dere: super omnia in deo cōfide-  
re. prosperitatis causa animū nō  
extollere. cuncta aduersa patien-  
ter tolerare: fidem catholicaz in-  
deum habere: filios impie agere

non sinere: certis horis orationis  
insistere ante horam congruam  
cibum non sumere. H̄ec regni  
p̄speritatem in presenti faciunt:  
t̄ regem ad celestia regna per-  
ducunt. Qui autem regnū fm̄  
hanc legem non dispensant: mul-  
tum aduersitatis imperij tolerat̄  
Et sequitur. Quātū valet iustitia  
regis seculo. Pax inquit est po-  
pulorum: testamentū patrie: cōi-  
tas plebis: monumentum gentis  
cura languorū: gladius hosti-  
um: gaudium hominū: temperi-  
es aeris: serenitas maris: terre se-  
cunditas: pauperum hereditas:  
solatum filiorum: t̄ sibi ipsi spes  
future beatitudinis. Et sciat rex:  
q̄ sicut in throno primus consti-  
tutus est: sic t̄ in penis si iustitiā  
non fecerit primatus habiturus  
est. potentes enim potenter tor-  
menta patientur sap. vi.

A  
C De informatione Aristoteles  
ad Alexandrum.

B  
In epistola v̄o que dicit  
I Aristoteles ad Alexandruz  
multa scribunt que spe-  
ctant ad principis informationē  
ex quibus hic pauca interserūt.  
Dñare ait Aristoteles ad Ale-  
xandrum super eos cum bonita-  
te. Qd̄ si feceris: omnes erūt sub-  
iecti ad tuū bñplacitū t̄ preceptū  
t̄ ob amorem quem habebūt in-  
te. Dominaberis in eis pacifice  
cuz triūpho. Sequit̄. Si vis vir-  
tutem acquirere largitah: Consi-

**C**dera posse tuum: et tempus ne-  
cessitates et merita. Debes enim  
largiri bona cum mensura homi-  
nibus indigenis et dignis. Qui  
enim dat aliter: peccat et transgre-  
ditur legem largitatis: quia qui  
largitur dona sua non indigenti-  
bus: nullam acquirit laudem: et  
quicquid datur indignis: perdit.  
**Q**ui vero ultra modum fundit di-  
nitias suas: cito venit ad amara  
littora paupertatis: et similatur il-  
li qui supra se suis dat victoriam  
inimicis. Qui autem: de bonis  
suis tempore necessitatis dederit  
indigenti: talis rex est largus si-  
bi et subditis: et eius regnum pro-  
sperabitur: et mandatum eius ob-  
seruabitur. Talem regem lauda-  
uerunt antiqui: talis dicitur vero  
sus: largus: moderatus: Qui vero  
fundit inordinate bona sua indi-  
gnis: et non indigenibus: talis est  
depopulator reipublice: regni de-  
structor: inconveniens regimini.  
Vnde prodigus appellatur: eo quod  
pcul est a regni sui providentia.  
**M**omen vero avaricie multum de-  
decet regem: et disconuenit regie  
majestati. Sequitur. Inueni scri-  
ptum in preceptis magni docto-  
ris Hermogenis: quod summa et ve-  
ra bonitas: claritas intellectus: et  
plenitudo legis: ac signum pse-  
ctionis est: abstinentia a pecunia  
et possessionibus subditorum. Seq-  
tur ibi. O Alexander: declina co-  
natus bestialium voluptatum: quia

**F**corruptibiles sunt. Conatus enim  
voluptatis generat carnalē amo-  
rem. Amor carnalis avaritiam.  
Avaritia desiderium diuitiarum  
Illud inuercundiam: hoc pre-  
stitionem. Illa infidelitatem: ista  
latrocinium: illud vituperationē  
ex qua nascitur captiuitas: quod duc  
ad detrimentum legis et destru-  
cionem familiaritatis: et ad rui-  
nam totius corporis. Dico illud  
quod sapientes phi dicunt: quod  
videlicet in primis decet regiam  
majestatem obtemperare se lega-  
libus institutis non in ficta ap-  
parentia: sed facti evidētia: ut co-  
gnoscant omnes. Sequit. Decet  
regez legiferos honorare: religio-  
sos venerari: sapientes sublima-  
re: et cum his conserre. Et postea  
sequit. Oportet regē futura cogi-  
tare. et futuri casibus prudenter  
occurrere. Sequitur. Multum  
cōuenit regie majestati: honorificē  
ce indui: cum pulchro apparatu  
apparere. Siē honorificū est: re-  
gem a multiloquio abstinere. ait  
enim Polycratus li. v. Qui abū-  
dant: sui copiositate vilescent. Et  
cū in multiloquio peccatū nō de-  
sit: pauca prudenter loquens ser-  
mo est pretiosus. vñ Socrates  
querens quā q̄s famā optimam  
comparat: si gesserit inquit optia  
et locutus fuerit pauca. Et sequit  
Bristoteles inter cetera dī. Moli  
frequētare portia viliū personaz:  
quia nimis familiaritas parit cō-

# Comuniloquii.

**I** temptum. Indi statuerunt: qd rex tñ semel in anno appareat cum regali apparatu: et nobiles stare circa eum: vulgus vno a remos: et illa die dñia elargiri. reos et carceribꝫ m cipare: et pia opa exercere. Et tunc unus sapientio: de principibꝫ consuerit cōcionari ad regem: referens grates deo qd regnum in dox ita bene ordinavit: et de tam sapienti rege patriam decoravit. Et post conuertit se ad populu: bonos mores regis enieras captado beniuolentia et induces eos ad humilitatem reverentiam: beniuolentiaz: et dilectionem regis. Quo facto populus studet regias laudes extollere: pro regia vita deum exorare. pueros ab infantia inducunt in regis amore: honoré: obediéntiaz et timore. Cōsuenerit tunc sceleratos punire: ut ceteri corrigant: tributa alleuiare: cū mercatoribꝫ dispē sare: eisq; partem remittere. Ad illic cōcurrunt: et inde tributa regalia et redditus assignentur. Se quitar. O Alexander: noli appetere transitorium: et qd cito optet te relinquere: sed pete diuitias incorruptibles. Noli esse crudelis: et inflexibilis ad parcendū eis de qd victoriaz hauisti. Cogita de futuris casibus. Noli imitari desideria tua in comedione: ponit: coctu: et diu in uno somno. Coct enim est pprietas porcoꝫ. Et quo si celaueris tibi grandie erit gloria.

N  
ria. Non exerceas viuū irrationabilium bestiarum: et actus brutorum. Crede mihi idubitanter: qd cogitus est destruccio corporis: abbreviatio vite: corruptio virtutis: legis transgressio mores generos semi neos. Decet impatoria maiestate paucos habere fideles: cū quibꝫ delectet cū variis instrumentis organoꝫ: cū fuerit tedious. Elia n. humana: i talibꝫ nāfr delectat sensus requiescat: corpꝫ vigorat sollicitudo et curiositas tumescit et hoc fiat tribus vel quattuor vicibus: et hōestius ē: qd fiat priuatum: et tunc abstine te a vino: et poteris multa secreta percipe. Des bes habere de tua familia speciales: qui resserat tibi que fuit: et qd dicunt per regnum tuū: honora sapientes. Nullus sit de nobilibus tuis: q tuam non sentiat largitatem: pateat omnibus clementia maiestatis tue: et nobilitas tui animalis liberalis. Decet regez habere p̄tinētiā: discretionē: et a risu multū abstinere: qd risus tollit reverentiaz: et generat senectutē. Ille rex est laudabilis q assimilat vni subiectoꝫ. Si quis in ei p̄ntia iniuriā faciat: considerandū q aio fiat: an ludendo vt placeat: et ad gaudium puocet: an in contemptu. Pro mō leuiter corripiat. Se cūdo mō grauiter. Obedientia dominantis in quattuor attendit in religiositate: dilectione. Luria fratre: et Reverentia. Rex in re-

O  
P

**L**  
**M** si celaueris tibi grandie erit gloria.

gno est sicut pluvia in terra: que  
est celi bñdictio: terre vita: viuen-  
tium iuuamen. Et post. Tépore  
necessitanis sucurre ciuib?. Tunc  
debes aperire celaria tua: vt vi-  
uant vniuersi prouidentia tua.

**Q** Laue offendere sanguinem hñia-  
num: qz hoc soli deo puenit. Hic  
enim hñdermogenes. Qñ creatu-  
ra interficit creaturá sibi similez:  
virtutes celoz clamat ad viuinā  
maiestatem dicentes: dñe: seruus  
tu? vult eē tibi filio. Annales pa-  
trū discute: idē enī poteris mul-  
ta bona extrahere. Facta pterita  
dant certū documētū in futuris.

**R** Laue ne infringas fidem dataz.  
quia hoc conuenit infidelib?: in-  
uenib?: et meretricib?. Rex nisi  
multū rogatus iurare non debz.  
Studia in ciuitatibus statue: et  
cipe hominib? tuis: vt doceat fi-  
lios scientias litteraz. Et tuā de-  
cet, pruidentiaz: eos in necessarijs  
pudere. Regnum grecoz subli-  
mavit diligētia studētiū: pbitas/  
qz sapiētū. Nūqz pfas in ope-  
ribus et servitijs muliez. Reco-  
le factū regine indoz: qñ māda  
uit tibi causa amicitie multa enxe-  
nia et dōa venusta. Inter q mis-  
sa fuit illa venustissima puella: q  
ab infantia imbuta et nutrita fue-  
rat veneno serpentino: ita q nā  
sua versa fuerat in naturam ser-  
pentis. Et nisi ego diligenter: in-  
spectissez in illā: et arte magica in-  
dagassez: coḡ ipsa audacter. ho-

rōsfliter incessanter: et inuereciū.  
de figebat visum in facie homi  
nū perpendi siquidem: q inter-  
ficeret homines solo morbu: Qd  
tu expimento pbasti. Et nisi hoc  
tibi certissime oñdissez: mors tua  
fuisset ardore ipsius cort? subse-  
cuta. Ex pmissis igitur pdcator  
divinus habere pōt occasionem  
instruēdi principes: et utiliter cō-  
ferendi cū eis: maxie tpe pacis.  
**C** Laplin. xiiij. Qd pnceps non  
faciat iniusta bella.

**E** T quia tps ē belli et tps  
pacis: Eccl. iii. pncipes  
sunt instruēdi tempore  
belli. In primis notādū: q bellū  
illati a principe v' l'assūpti: d3 esse  
iusta necessitas: et debet eē eiusdē  
iustitie equitas: et in exercendo:  
intentionis ordinabilitas. Quia  
put habet. xxiiij. q. i. bella possūt  
suisteri fm euangeliū: vt occasio  
iniquitatis eripiatur: et ppter pa-  
cis necessitatem. In bello enim  
iuste reprehendit nocēdi cupidī-  
tas: vlciscendi seueritas: impatiē-  
tis et implacabilis animi feritas:  
crudelitas debellandi: libido do-  
minandi: et si qua similia que in  
bellis reprehendit, put ait Aug.  
xxij. ß faustū: et similiter dicta. q.  
in qua dñ. q. bella non sunt pec-  
cata si fiant pp malorū cohibitiō  
nem: bonorū sublimationem: et  
proper reuerentiam recipublice  
exhibendam vel obedientiaz. Et  
ibi satis de iustis bellis: de quib?

## Cōmuniōq̄uii.

**E**lugi. vbi. 5. di. Qd auctoritas  
belli est penes p̄ncipē: ministeri  
um exequendi penes milites. Et  
post. bellū qd gerēdū: deo aucto  
re suscipitur. recte suscipi: dubita  
re fas non est. scilicet ad terrēdā  
vel retūdendā: vel subingandā  
mortaliū superbia. Et Idē Eleg.  
ep̄la. v. P̄ficorditer si fieri pos  
set: etiam bella gererent a bonis.  
ut licentiosis cupiditatib⁹ domi  
nis' hec vītia perderent: q̄ iusto  
sperio vel extirpari: vel deprimi  
debuerūt. Et de bello iusto. iiiij. d  
ci. c. xv. t. xxij. c. v. Bellū tamen  
nūq̄ deb̄ fieri: nisi vrgente ne  
cessitate: put habetur dicta causa  
q. viij. Si nulla vrget tc.

**C** Caplīm. xiiij. Qd princeps in  
bellis caueat a dei offensā.

**V** Ecūdo princeps est ad  
monendus: vt sit in eo  
cura: omnia que deum  
offendūt: t ei⁹ eccliam cauendi:  
t ea que deo placēt: t ecclie pro  
funt sectādi diligens studiositas.  
Debet enim principes t sui sum  
me puidere: vt habeat deū secū  
**A** Qd est: cū eius mandatis obedi  
unt: t ea adiplēt: put aut̄ Echior  
alloquēs Moloferne. Judith. x.  
vbi cū recitauit bñficia dei exhi  
bita populo suo cōcludit. Nunc  
ergo dñe p̄quire: si est aliqua ini  
qtas eoz i p̄spectu dei sui. t ascē  
damus ad illos: quoniam tradēs  
tradet illos tibi de⁹. Si at nullā  
offēcio ppli hui⁹ coraz deo suo

non poterim⁹ resistere illis: qm̄  
deus illoꝝ defendet eos. Mume  
ri. xiiij. Molite timeſ: dñs nobis  
cū est. Et Lcui. xxvi. Si in prece  
ptis meis ambulaueritis. Seḡt.  
psequemini inimicos v̄ros t cor  
ruent coraz vobis. e᷑ Josue. vij.  
dī: q̄ furto vnius. l. Echor. mul  
ti occisi sunt de populo. Qui vult  
ergo victoriā habere in bello: ha  
beat deuz secū. exemplo Abrae.  
M̄os̄i: David: t alioꝝ p̄ncipū  
instoꝝ.

**C** Caplīm. xv. Qd p̄nceps in ex  
pugnando sit cautus sagatia.

**V** Em p̄nceps debet p  
uidere: vt sit in suis mili  
tibus: regimini ordina  
bilitas: et expugnādi artificialis  
sagacitas. Debet enim scire artē  
rei militaris: quam artē dicuntur  
Lacedemonij tradidisse. Ende  
Hanibal. Italiā petiturus: lace  
demoniū q̄siuit ductore: put ait  
Poli. li. vi. c. vi. vñ ait Trogus  
pompeius li. xi. de Alexādro. q̄  
cū ad p̄sculosū bellū exercitū le  
geret. nō iuuenes robustos: nec  
p̄mū florē etatis: sed veteranos  
milites: plerosq; etiam emeritos  
militie: qui cū p̄fe patruoq; mili  
tauerat elegit: vt nō tam milites  
q̄ magfos militie putares. Or  
dines quoq; nemo nisi sexagenā  
rius duxit. vt si p̄ncipis castroꝝ  
cerneres: senatū alicul⁹ reipubli  
ce videre te crederes. Itaq; ne  
mo in p̄celio fugam: sed victoriā

B

C

D

**E**cogitauit. Neq; eis in pedib; qc  
q; spes: sed in lacertis fuit. E;rio  
fuit d; Dario et suis eti; illi victo  
res: et hi victi. Qui enim secudos  
optat euentus: dimicet arte non  
casuait Pdoli. vbi. s. Quia artes  
noscunt experti in militia: vt di  
ctu; est.

**C**apit. xvi. Qd; pnceps suos  
coherceat disciplina.

**I**tez, puidere d; pnceps  
vt in se. et suis militib; sit  
debita recta disciplina/  
bilitas. cohercendo. s. carnis laeti  
tias: commessatioes: voluptates:  
ipudicitias: cupiditates: rapinas  
dissensiōes: discordias: p̄suptio  
nes. inobedientias. De facili enī  
vincit exercit⁹ quātūscūq;: vbi n̄  
vignet debita disciplia: ait Pdoli.  
li. vi. c. xii. di. q; Romāis adeo. p  
fuit disciplia: vt orbē terf: sui sub  
iceret ditioni. Alexander Macedo:  
do: exiguam manū militare su  
sccepit a patre sed doctam. Quia  
assuefacta militie: orbē terrarū  
aggressus: innumerā hostium  
strages fudit. Xerxes a trecentis  
Lacedemōiorū ad Tremopilas  
verat⁹: cū eos manu infinita: ple  
risq; suis amissis vix cōfugisset:  
in eo se decepiti dicebat: q; mul  
tos qdē hoies haberet: rares et  
disciplina tenaces. Et si s; vicit⁹ fuit  
turpiter apd Salaminā: vbi vix  
vna nauicuasit. Herkūlē: q; duces  
ei⁹ n̄ p̄sueverūt. p̄ militiū die exer  
citūs numerari: alr q; singlis telis

receptis a singlis: vt ex nifero te  
lorū: ducū nūerus hēret. Frustra  
eim pnceps spat victoriā: nisi vi  
geat apd se et suos disciplia coh  
bēdi pdicta. vñ narrat Hale. lib.  
ij. c. ii. Qd; Cornelius Scipio Lō  
sul: missus i hispaniā: eo momē  
to q; castra intravit: edixit: vt oīa  
q; voluptatis causa cōpata erant  
ausferrens et submoueret. Lōstat  
q; tūc maximū instituz et lara  
rū numerū cū duob; militib; scor  
toz inde abijisse. Et sic exercitus  
q; ante metu mortis deformi se fe  
deris i cū maculauerat: erecta et  
recreata virtute: aciem illam et  
animosam Humātiā incendijs  
exustam: ruinisq; p̄stratam solo  
equauit. Et de hoc infra: vbi de  
disciplina militari.

**C**apit. xvii. Qd; pnceps la  
boret vt sit in suis fidelitas vera

**I**tem princeps d; puid  
re: q; sit in suis vera fide  
litas: et sui ab illis amabi  
litas. vt enī ait Juli⁹ Cesar. Qui  
non laborat: vt militib; sit carus  
militem ne scit amare: put dicit  
i. de vita Cesari pa rte prima. q;  
militē nec moribus nec fortuna  
probabat: sed tantum virib; tra  
ctabatq; pari severitate atq; in  
dulgentia non vbiq; et semp: sed  
cū hostis in proxio esset: et coer  
cebat tunc maxime exactoz gra  
tissimus discipline dlicita. Neq;  
obseruabat omnia: sed seditioso  
rum fuit punitor; acerrim⁹. Capi

**F**

**G**

**H**

**J**

**K**

**L**

**M**

## Comuniloquii.

**N**ites suos cōmilitones vocabat: diligebatq; adeo ut audita clade Licuriana: barbam capillios submiserit: nec aī depresso indicauerit. **Q**nibus reb<sup>9</sup> & deuo tissimos sibi & fortissimos milites reddidit. his mōis attrahit p̄inceps corda suoz potiusq; pecunia vel munerib<sup>9</sup>: put ait Tuli<sup>9</sup> recitans dictum Philippi ad Alexandru in quadā ep̄la. Pre clare inquit Alexandru; filium Philippus accusat: q̄ largitiōe benivolentiā sequat. Quod te malū iquit v̄l rō in istaz vanam spem induxit: vt eos fidèles ubi fore putas quos pecunia coru pisse? En id agio: vt macedōes non tam regē suū q̄ ministruz & prebitore putēt: Qdqs sordidū est regi: melius corruptelā q̄ largitionem dixit esse. Sit enī dete rior qui accipit: atq; ad idē semp expectādū paratior. hec ille filio. Sed p̄ceptū putem oib<sup>9</sup>. Idē Hale. lib. vii. c. ii. superaddēs: q̄ annus ei<sup>9</sup> Philippus: maiori ex pte mercator gratie: magis q̄ victor fuit. Sed qr hoīes sunt cu piditate insatiabiles: mutabiles & instabiles: oportet principem multa dare: ait Sen. iiiij. de bñfi. c. xxiiij. loquens de Philippo p̄ dicto: qui cuidam milii dederat alterius prediū. Reges ingēdo nant in bello operis oculis. Nō sufficit homo vñ tot armatis cu pidatibus. Non potest quis co

de 3 tempore: & bonum v̄frum: & bonum ducez agere. Quomo do tot milia hominuz insatiabi lia saturabuntur? Quid habebūt si suum quisq; habuerit: Quasi dicat p̄inceps vel dominus qua si cogitur ob armatas cupidita tes suorum ad auferendum qui busdam: & vāndum alijs. Nec negat Philippus in dicta epi stola: quin oporteat p̄incipē lar guum esse: & multa dare: sed insi nuat: q̄ non sunt multum fide les: qui sola quasi pecunia con ductūt: & mercantur. Eā agis enī condescensiua benignitate: & socialis affabilitate attrahit prin ceps suos ad amorez q̄ pectūia. viii narrat Galerius libro. viij. c. viii. q̄ Themistodes oīuz ciui um suorū noīa: memoria com prehendit. & Titus omnia suorū noīa sciuit. Et Petridates du cētarum & viginti gentium que sub eius regno erant linguas di dicit. Ille scilicet Tit<sup>9</sup>: vt sine mo nitore exercitum salutaret: Hic vt eos quibus imperabat sine in terprete alloqui posset. Idēz Solinius libro. ii. superaddens: q̄ h fecit: sicut imperatores faciunt: vt suos attrahant. ad suum amore. **C** Lapīm. xviij. Qd p̄inceps po nat in deo spem de habenda v̄l ctoria:

**T** qr victoria: de celo est s. a rege regum. Nō enī in multitudine exercitus

Victoria belli: sed de celo formu-  
 do est. i. *Arch. iii.* Jo p̄cipio  
 debet esse vera fides: firma spes  
 & pia supplicatio ad deum: vt ipse  
 sit dux belli: & p̄ector sui ac suo  
 rum: exēplo *Theodosi. exodi. xvij.*  
**Qui** cum leuabat manus vince-  
 bat israel. Ideo Deu. xx. Si exie-  
 ritis ad bellum contra hostes &c.  
**Nō** timebis eos: qa dñs tuus te  
 cum est. **Sequit.** *Appropinquan-*  
*te* bello stabit sacerdos ante aciē  
 & sic loquet. **Molite** metuere: qa  
 dñs in medio nostrū &c. sicut fecit  
*Theodosius* prout legis in histo-  
 ria romanorum. *Ibi df. qd* cum  
 Eugenius & Arbogastes cum in-  
 structa acie alpium transitū tene-  
 rent. *Theodosius* expers cibi & sō-  
 ni orationi incubens: totam no-  
 ctem pernigil exegit. *Lum* tamē  
 se esse destinū a suis sciret: & ab  
 hostibus circuī scēptū nesciret:  
 fiducialiter arma corripiens: si-  
 gnūqz crucis: se p̄elio dedit: ac se  
 in bellum. etiā si nemo sequeret:  
 victor futurus imisit. Nam con-  
 fultus Joannes *Zinachorita* etiā  
 victurum spōnderat. *Un* seq-  
 sur ibi **Qd** cū ad cōgessionem  
 ventum esset: veniēs turbo. a p̄-  
 te *Theodosij* in ora hostium ruit:  
 qui & ab eius parte: Galenter spi-  
 cula missa hostibus infigeret: &  
 hostili ēt manu missa: ad mitten-  
 tes reflecēt: vt dictuī est. Et sic  
 hostili exercitu prostrato: Enge-  
 nio capio & intersecto. *Arboga-*

ste: manu sua propria percussus  
 est: Ex quo pat̄s q̄tū valet in bel-  
 lo iustitia principis: & oratiōis in-  
 stantia. **Ende** sequit ibi. **Qd** post  
 mortem *Theodosij*: filijs ei⁹ re-  
 gnantibus *Archadio*: & *honorio*  
*Gildo* comes *Elphrice*: arbitra-  
 tus in parvulis mīmā spem fore  
*Elphricā* proprio iure usurpat ce-  
 pit. *Cuius* frater *Ascel*: illius  
 perfidiam perhorrescens rediit.  
 in *Italiā*. **Qui** missus ad illuī  
 hostem bello insequendū: iā sci-  
 ens a *Theodosio* q̄tū in rebus  
 despatissimis ofo hoīuī per fidē  
 christi: dei clementiā impetraret  
*Caprariā* insulā adiit inde secum  
 sāctos viros adducens: cū q̄bus  
 ofonib⁹ & ieiunijs: dies aliquot  
 cōtinuauit: & noctes. *Un* triduū  
 vō q̄b̄ hosti cōnigū fieret: cernit  
 noctu beatum *Zimbrio*. *Paulo*  
 aī defunctum: quō & qñ victori-  
 am caperet: diem sibi indican-  
 tem & locum. *Et tertio* demū die:  
 ofonib⁹ hymnisqz pernigil: cū  
 centū quinqz solis militibus. cō-  
 tra octuaginta milia hostium p-  
 gens: eos dei nutu sine bello in vi-  
 tione accepit. *Gildo* comes fu-  
 gami arripuit & post aliquot dies  
 stragulatus interiit. *Elphrica* er-  
 go vina bōtas: & magnifica ora-  
 tionis vnlitas: Et in his p̄ceps  
 honorare dñ ecclesiam dei: & ei⁹  
 ministros. ac prohibere suis: ne  
 presumant: ecclias inhonorare.  
**Ende** narrat ibidē. **Qd** predic⁹

## Cōm uniloquii.

**Z** *B*azeel rera secūdax insolētia  
tumens: eccliam dei temerāt au-  
sus est: atqz ex ea quosdā non du-  
bitauit extrahere. Sed pena secu-  
ta sacrilegiū: ipse post aliquantū  
lū temporis est punitus. Similr  
narrat consequēter ibidem. Qd  
cū Atila ecclesiaz deuastaret. vir-  
sanctus Leo papa ad eum acces-  
sit: et oia que optauerat obtinens  
nō tñi rome sed tocius italie vi-  
ctoriā reportauit. Territus nanc  
Atila dei nutu fuerat: nec xp̄i sa-  
cerdoti aliud repēdere valuit ni-  
si qd ille peroptabat. H̄et quoqz  
post discessum pontificis inter-  
rogatiū esse Atilam a suis. cur ul-  
tra solitiū morē: tantam reueren-  
tiā Romano pontifici exhibuerit:  
qm̄i pene ad oia que ille imperas-  
set: obtemperari ip̄e iussissz: Tūc  
regem respondisse: nō se pape p-  
sonā reueritū eē. sed alii se vīrū  
iux eum in habitu sacerdotali vi-  
disse: forma venuſtioez: canitie  
venerabilem. euaginato quoqz si-  
bi gladio terribiſ mortē minātē:  
nisi oia que ille expetissz impleret.  
Cum enim princeps sit dei mini-  
ster suscipiens gladiuz ab ecclis  
vt dictum est supra. iustuz est: ip̄z  
eccliam honorare: ministros ei⁹  
defendere: et eorum iniurias p-  
pulsare.

**C** *L*ap̄m. xix. Qd princeps co-  
herceat sensus suos ab omni cō-  
cupiscentia.

**B** Iso qualiter princeps de-  
bet regere alios: ne falso  
portet nomen principis  
vel regis: sollicite studet d̄z ad re-  
gendum se et familiam passionū  
interiorum et ad principandū cō-  
concupiscentijs que militant ad-  
uersus animam. vt enim ait. Iſi-  
dorius. ix. Ethic. c. iiiij. Rex d̄r a re-  
gendo. Recte faciendo. nomē re-  
gis tenet: peccando amittit. Rex  
eris: si recta facis: aliter non eris  
Ille vero vere est princeps et rea-  
liter: qui suis p̄ncipat mentalib⁹  
appetitibus et desiderijs carnali-  
bus: et ille rex ē q̄ eos regit. Job.  
xij. Effundit despectionem super  
principes. Ebi Greg. mōr. xi. p̄n-  
cipes inquit dñr qui principātur  
cognitionibus. Et super illis ibi-  
dem. Balteum regum dissolait:  
Greg. ait. Qui membrorū suorū  
motus bene regere scint: meri-  
to reges dñr. Et super illud Job  
xxxvi. Reges in solio collocat in  
perpetuum. Greg. mōr. xxvj. ait.  
Reges. s. q̄a prelati motibus car-  
nis: modo appetitū luxurie fre-  
nant: modo estū auaritie tempe-  
rant: modo gloriam elationis in-  
clināt: modo lutoz suggestiōes  
obruunt: modo ignē furoris exti-  
guunt. Reges. qz temptationem  
motibus: non consentiendo: suc-  
cumbere: sed regendo preesse no-  
uerunt. hec Greg. Quia igit ta-  
les realiter: et virtualiter reges sūt  
Jō Moratiwo in carmine lyrico

D ad reprimendā dñi andibzidinez  
ita canit: prout recitat Aug. v. de  
ci. c. xiiij. Latius regnes: aut duz  
dominādo Sphm: q̄ si libiā re-  
motis Gadibus iungas: t uter/  
q̄ polus Seruiat vni. Et d̄ hoc  
Claudianus egregie alloquens  
Theodosium ait. Tu licet extre-  
mos late dominere p̄ indos. Te  
medus: te mollis arabs: te seres  
adoret. Si metuis: si p̄ua cupis  
si duceris fra. Seruiti patiere in-  
gum: tolerabis iniquas. Inter  
leges: nunc omnia sure tenebis.  
Cum poteris rex esse tuī: procli-  
uor: usus. In peiora das: suadet/  
q̄ licentia luxum. Illecebris ef-  
frena fauet. nūc vinces sed cōpri-  
me motus. Asperius: cū prom/  
pta venus: cū durus ire. Consu-  
litur cū pena patet. sed cōprime  
motus. Nec tibi quid liceat. sed  
qd fecisse decebit. Occurret mē  
tem domet respectus honesti. h̄ ille.  
Unde t valentius imperator  
octogenarius: t adhuc vgo: die  
fati sui: precōla triumphoz suo/  
rum recolens qbus felicissimus  
fuerat: ait se tñ vna victoria glo-  
riari. Et requisit: qua: respōdit.  
Quia iñicoz neq̄ssimā domui  
carnē meam. Amice: hic impera-  
tor inglorius magrasset a seculo:  
nisi ei restitisset: cum qua tu fami-  
liarem assensuz pepegisti. ait Ha-  
lerius in paruo tractat. Illi ergo  
sunt reges t principes: qui sic se/  
ipsos t sua oia regunt. Job. xxix.

Lum regibus t consulibus terre  
Ebi Greg. Reges: qz sua corpora  
bene regere sciunt. qui deside-  
rioz motus in se temperat: sub  
sectas cogitationes lege virtutis  
regulant. Reges: qz sibi ipsis pre-  
sident: t se reges sciunt. Jō bea-  
ta terra: cuius rex nobilis ē: t vhe  
terre: cuius rex puer est. Ecc. xi.  
Un̄ bene dicit Señ. epistola. lxxix  
q̄ multi vt hostem vincerēt: vi-  
cti sunt cupiditate. Nemo cupi-  
ditibus resistit: nemo ambitiōt  
nemo crudelitati. Et cum agere  
videant: ab eis agitant. Et episto-  
la. cxv. loquens de Alex. ait. Si-  
ctor tot regum: tot gentium: tot  
populorū: ire tristis qz succum-  
bens. Id enim egerat: vt omnia  
potius in potestate habeat q̄ se-  
d q̄ magnis homines tenētur  
erroribus. Felicissimos se iudicat  
ignarti: q̄ imperari sibi magnū  
est imperium. Et ideo idē ep̄sta  
xxxvij. Si vis inquit omnia ubi  
subicere: te subice rōni. Multos  
reges: si te rō regat. Ab ipsa di-  
scēs: quid t' quemadmodū ageſ  
debeas. Et quia nō semper sic fa-  
cit homo: ideo nō semper est ve-  
rus rex ait idē ep̄stola. cxvi. An̄i-  
mus noster modo est rex: mō ty-  
rānus. Rex est: cum honesta in-  
tueſ: salutē cōmissi corporis curat  
t nihil illi iperat turpe: nihil sor-  
didum. Ebi v̄o corpus est ipo-  
tens: t delicatuz transit in nomē  
detestabile: t fit tyrannus. Ma-

## Cōmuniōquii.

I  
rum igitur valet p:incipari genti-  
tibus exteris: dominari puitis  
easq; humanis regere legib: ni  
si p:inceps eas regens regat lege  
rationis & dñe equitatis. **E**ta/  
Ins enī si regat seruus est tot do-  
minorū quod viuū: **E**tit **E**lugu-  
ūij.de ci.c.ij. Econtra: melior est  
q dñatur aio suo expugnatorū vr-  
bium. puer. xvij. Ille enī vincit &  
expugnat exteriora: hic regit & or-  
dinat sua interiora sūm q expōit  
Gre.ij.pastora.c.xij. De tali fge  
df puer. xx. Rex q sedet i solio in-  
ditij itinu suo dissipat oē malū.  
**C** Laplm.xx. Qd p:inceps caue-  
at a tyrānide: & iniustia.

K  
E predictis p:z. qualsr dif-  
fert p:inceps: siue rex a ty-  
rāno. Quia p:inceps df  
q est legiptime institut: & iuredi-  
tino & humano principat: qui ē  
virtutib: predit: & seipsum regit  
vt dictum est. Tyrānus vō con-  
trarijs modis se hēt. Job. x. Nu-  
merus annorū tyrānidis eius in-  
certus est: vbi mor. xij. ait Greg.  
Tyrānus est: qui in cōi republica  
non iure principat. Et Pdoli.lib.  
iiij.c.i. Dfia inquit ē tyrāni & p:in-  
cipis: qr: hic legi obtemperat: & ei  
arditio regit pp:sm: cuius se cre-  
dit ministruim. Tyrānus vō con-  
trarijs modis se hēt. Et in litteris  
secularibus cautum est: q nō est  
pctif: tyrānum occidere: s: equū  
& iustū: ait idē li. iiij.in.fi. subdens  
rationem qui a deo recepit p:ratez

M  
legib: servit: & iustūie: et lūris fa-  
mulus est. Qui vō eā, v:surpat, is-  
ra defmit: & voluntati sue iura sū-  
mittit. In enī igit merito armant  
lūra qui leges. exarmat. **J**ō Tūl.  
iiij.de offi. c. viij. Nulla inquit no-  
bis societas cum tyrānis: s: po-  
tius summa distinctio. Neq; .n.  
cōtra naturā est: spoliare cum si-  
potes: quem etiam honestuz est  
necare: atq; hoc genus pestis &  
impiū: ex hominuz societate ex-  
terminandū est. vt enī membra  
quedā amputant: si sanguine & spi-  
ritu carere ceperint: & ceteris mē-  
bris nocent: sic & ista tanq; infir-  
ma hois feritas & imanitas belue-  
a cōmuni humanitate corporis  
segregāda est. Enī & omnis p:in-  
ceps: licet sit legiptime institutus  
debet tamē cattere ab operib: ty-  
rānicis: Que sunt. Injustis legi-  
bus populi opprimere. Indebit  
tribujs & tallijs aggrauare. rebus  
pp:rijs spoliare: idebit opib: an-  
gariare. Eb iudētib: hostib: nō  
defendere: prepositos & ballinos  
iniustos ad excoriandū populujs  
preficere. Et sic de alijs. Et enim  
ait **E**lug.iij.de ci.c.xx. rex cum est  
iniustus: tyrannus est. Et p:hus.  
ethi. viij. ponens dfam inter re-  
gem. & tyrannum ait. Tyrannus  
est q qd sibi conferens est inten-  
dit: rex: qui qd est vtile subditoz.  
Rex est qui per se sufficiēs est: &  
omnibus bonis super excellens.  
& talis nullo indiget. vtilia nō si

N

O bi sed subditis intendit: ait ibidē  
Unde de p̄incipantibus mō ty-  
rānico. puer. viij. dī Leo rugiēs  
vt v̄rsus esuriens princeps impi-  
us super populum pauperē Dur  
indigens prudentia multos op-  
primit per calumnia. De talibus  
cōquerit dñs Isai. xix. p̄incipes  
tui infideles; socij furū. Et d̄ his  
Seneca. iii. de naturalib⁹. q. c.  
l. Idōius inquit est deorum ope-  
ra celebrare: q̄̄ philippi: aut Eile-  
xandri latrocinia; et hanibalis: et  
aliorum. Et sequit. q̄̄ est precipiu-  
m in rebus humanis: non clas-  
sibus maria complesse: nec in ru-  
bri mari⁹ littore signa posuisse:  
nec deficiente terra: ad aliorum  
iniurias errasse: in occeano igno-  
ta querere: sed animo v̄idisse: q̄̄  
nulla maior victoria: q̄̄ virtus do-  
muisse. innumerabiles sunt q̄̄ po-  
pulos in p̄tate habuerunt: p̄ancis-  
fimi qui se. Decille. Sz princeps  
nobilio et iustus canet a predictis  
cogitāo: q̄̄ est pater patrie vt ha-  
bitum est supra. vt enī dicit ph̄s.  
Ethi. xviii. Similis est compara-  
tio regis ad subditos. patris ad fi-  
lios: pastoris ad oves. Paternō  
enī modo: p̄ie debet regere ppl̄z  
vt dictum est. s. Quae sit aut mer-  
ces ihalis p̄incipū bñ regēnum  
dī Den. xvii. Non multiplicabit  
equos. Sequit. Un lōgo tempo-  
re regnet ipse: et filij eius sup̄ isrl̄.  
Quale ḫo sit dānum tyrannice  
regentijz dī Ecc. x. Regnum a-

gente in gentem transserf. ppter  
ininstias: et cōiunctias: et diuer-  
sos dolos. Et patet de Saule. i.  
Reg. xv. et post de Roboam. ii.  
Reg. xij. Eterna ḫo mercede bene  
regnantiū est: regnare cum rege  
regum in eternū. Et David. In  
iuste ḫo p̄incipatiū dānatio eter-  
na iudicium enim durissimū bis  
q̄̄ presunt. et potētes: potēt tormē  
ta patientur sapientie. vij.

C Quarta distictio. De informa-  
tione eorum qui sunt presides p̄  
uinciarum.

X peditis cum dei adiu-  
torio occisionib⁹ allo-  
quendi principem: qui ē  
ad modum capitio in republica.  
Psequēter r̄idendum est de infor-  
matione eorum qui se habent ad  
modum membroz. Et enī tacit⁹  
est supra. presides prouinciarum  
et iudices ac legisperiti vendicat  
sibi officium aurium: oculorum:  
et lingue. Et loquendo p̄ appro-  
priationē: presides prouinciaruz  
sive potestatē ciuitatum: sive pre-  
positi populorū: sive bellui villa-  
rum habent se ad modū aurium  
Suscipiunt enim precepta princi-  
pis. et iō attribut⁹ assimilant. Ju-  
dices ḫo: qui recta vident et iudi-  
cant: oculis comparant. Lingue  
quarum usus est eloqui possunt  
comparari legisperitis et patronis  
caesarum.

C Capitulum p̄imum. Quod  
presides nō ambiant illa officia.

R

S

## Cōmuniloqui.

T

Rimi aut̄. s. presides & p̄  
positi admonendi sunt &  
instruendi ne sint cupi-  
di & ambitiosi talū dignitatū pro-  
pter easde rationes: propter q̄s  
princeps non debet ambire prin-  
cipatum. De q̄bus supra. Si enī  
latrocinia sunt parua regna: fm̄  
Aug. & Tullium vbi. s. multo ma-  
gis tales dignitates sunt quidam  
principatus: & eis vtentes vocan-  
tur potestates. Non ergo ex am-  
bitione & cupiditate lucrit̄palis.  
nec ex appetitu transitorij hono-  
ris debent assumi huiusmodi of-  
ficia: vel vt veri dicas onera & pe-  
ricula: s̄ obēt assumi intuitu obie-  
superioris principis iniungentis  
& affectu comodi reipublice: & de-  
siderio subueniendi indigentib⁹  
suo auxilio & patrocinio. ecc. viii.

Moli querere ab homine ducatu⁹  
nec a rege cathedram honoris  
Moli querere fieri index: nisi va-  
leas: virtute irrumpere iniq̄tates  
Sed valde difficile est irrūpere  
Iniquitates diebus istis: q̄a mul-  
ti iniqui atq̄ iſideles regno: pau-  
ci v̄o boni: vt enī ait Accius sicut  
recitat Tullius. iij. li. de offi. c. xix.

X

Ad vulgi opinionem: que maior  
vulnus q̄ regnādi esse possit: Mi-  
hil tñ inutilius eo q̄ iniuste con-  
secutus sit inuenio. Id ossunt cui  
q̄ v̄iles esse languores: sollicitu-  
dies diurni & nocturni metus: vi-  
ta insidiarū & periculorum ple-  
missima: hec ille. Et vere ille qui

ex ambitione & libidine pressiden-  
di consequit dignitatē prefecture  
iniuste consequit. Indigni ergo  
non sunt a principibus preficien-  
di in dictis officijs ait Gal. li. vij.  
c. viii. narrans de quodam: q̄ cō-  
suluit: neutrū mūti in hispaniaz  
consulē a senatu de duobus: quo-  
ru⁹ alter nihil hēbat: alter in nihil  
erat satis: eque malā imperij ma-  
gistrā iudicans: inopiaz & au-  
rī. Quādo enī prefectus egen⁹  
ē. multa extorquet a subiecto po-  
pulo: vt iustentet & discet. Quādo  
v̄o auar⁹ est prefect⁹: multa ra-  
pit: vt ci⁹ auaritia satiet. Tales igi-  
tur excludendi sunt & amouendi  
a talibus officijs. Unde in histo-  
rijs super actus apostolorū narra-  
tur de tiberio: q̄. s. erat in negoci-  
is morosus: & segnis: & vix aut  
nunq̄ mutabat procuratores. &  
querentibus cām: r̄ndit: parcere  
se plebice. Scientes enī: se ha-  
bere procriptionē ad modicum  
tempus: emungunt populu⁹ v̄sq̄  
ad sanguinē: & tāto acrius domi-  
nan⁹: q̄sto brevius. & qui recētes  
veniunt dissipant qdquid inueni-  
unt. Et dicebat exemplū de quo-  
dam vulnerato. Qui cu⁹ esset in  
via nec amoueret muscas de vul-  
nere: alter superueniens: putās: q̄  
has dimittet ex imbecilitate: ab  
egit eas. Id quem ille. Hale fe-  
cisti: q̄ musce quas amouisti ple-  
ne erant sanguine: & me partius  
molestabant. Que aut̄ superueni-

y

Z

A

B ent: acris pungent. Sic et peccatores vel officiales recenter substituti: acris in subditos deservunt. hec ibi. hinc igit maiorem famam sive et inopia sive ex auaritia improbus rapiunt et devorant vñ Gal.li.vi.c.ij.narrat de vita Dionisij tyrani. Et qua cum ille quereret: quo merito suo id faceret: respondit. Quando eram puella: et granem habueremus tyrannum: carere eo cupiebamus. Quo intersecto: deterior arcem occupauit: eiusque dominacionem finiri oculis cupiebat. Tertius importunior est oib⁹ habens cepimus rectorem. Timens itaqz: ne si tu fueris assump⁹. deterior in locum tuus succedat: caput meum per salutem tua devoneo. Nam satuā autem audiā punire Dionisius erubuit. Quales aut̄ sint assumendi et sufficiendi sufficienter docet. Exo. xviii. Provide ait dominus: moysi de omni plebe viros potentes. Hilia littera habet sapientes et timētes deum: in quib⁹ est veritas: et quod odint auaritiam: et constitue ex eis tribunos et centuriones. Et debet enim esse potentes iusticie et aliarum virtutum stabilitate firmati: timentes deum: cultus divinitatis pie tate: hinc veritate et vite et iudicij in recta diiudicatione: cu[m] auaricie detestatio[n]e. et munerū refutatione: de quibus infra: et absqz subsectorum spoliatione. et excoriatione. Talis fuit seruus Eliae q[ui] p[ro]p[ter]ea

erat oībus que habebat. ut pater gen. xiiij. Talis fuit Joseph. qui sub pharaone in terra egypci fuit. Gen. xlij. Talis d[icitu]r et seruus fidelis et prudens super familias domini sui: Non rōut dicit Saluator.

C Capitulum secundū. Qd pre sidentes caueat a populo seqlia.

D Talis autem debeat esse quilibet talis prepositus et qualiter debet regere populum subiectum patet ex dictis supra de principe. Debet enim imitator esse boni principis et se recte regere in officio sibi commisso: sicut et princeps in dominio suo vel regno. Secundū enim iudicetz populi: sic et minister eius. Et sic princeps vel dux debet rectificari omnes in suo dominio recto regimine: sic et quilibet presidens sub eo: Ecc.x. Qualis est rector civitatis: tales habitantes in ea. Mihilominus cauere se d[icitu]r a familiis et seruorum numerosa popula: et a nimia personarum inutilium sequella: ad subiecti populi grauamen. ex exemplo antiquorum. Unū narrat Gal.li.iii.c.ij.de Latone: qui et cum bellis ciuilibus interesset: filium trahens secum: duodecim tñ seruos habuit. Similiter narrat ibi de scipione Emiliano q[ui] p[ro]duos inclitos consulatus. totidēqz sue precipue glorie triumphos: se p[ro]tem tñ seruis sequentibus officio legationis functus est et seqniur. Itaqz cum per socias et exteras

E

## Cōmuniōquii.

**F**gentes iter faceret: non ei⁹ man-  
cipia: s̄ victorie numerabāt: nec  
q̄tū auri ⁊ argenti: sed q̄tū am-  
plitudinis secuz pondus ferret ex-  
timabatur. ¶ Item cauere d̄z  
preses q̄ preest populis a congre-  
gatione indebita dūtiaruz: ⁊ ab  
iniuste extorta pecunia. Exēplo  
antiquorum: prout narrat ibidez  
Gal. de talibus: q̄ post cōsulatus  
in nullo fuerunt dūtores: sed etiā  
pauperes morui sunt. Unū narrat:  
q̄ Galeni⁹ post tres cōsula-  
tus poplo romano acceptissimos  
sic mortuus est paup: q̄ patrimo-  
nium ad exequiarū expensaz nō  
sufficiebat. Si r̄ narrat de Mar-  
co veneo. q̄ fuit arbiter salutis pu-  
blice q̄ ita pectūia inops decessit  
q̄ sepulture honore caruisset: ni  
h̄ ex collecta pecunia a poplo fu-  
neratus fuisset. Similiter narrat  
de alijs: q̄ sic pauperes post cō-  
sulatus suos deceserunt: vt non  
haberent: vnde filias suas mari-  
andas dotarent: nec vnde cum  
honoře sepeliri possēt. Et hoc iō  
q̄r quilibet intēdebat salutis recipi-  
blice. nō comodis p̄prijs vt di-  
ctū est. s̄. vbi de republica. ⁊ d̄ cō-  
sulibus. Gegetius li. iiiij.c.iii.air.  
q̄ Scipio post res gestas p̄spere  
in hispania: in summa paupertate  
decessit: nec ea quidē relicta pecu-  
nia que sufficeret in dotem filia-  
rū q̄s ob inopiam: publice dotauit  
senatus. ¶ Itēz cauere debet ta-  
lis a concessiōc ⁊ lucu: ⁊ a lucu-

riarii lasciuia. Unde narrat Gal.  
vbi. s̄. de quodam illustri viro. s̄.  
Catone: qui tribus tñ seruis cō-  
mitat⁹ hispaniā rexit. ⁊ eodē cibo  
ac potu content⁹ erat quo remi-  
ges. Illū. n. grata frugalitas⁹ p̄su  
etudo in hoc genere vite cum sū  
ma dulcedine p̄stinebat. Similiter  
narrat Gegetius vbi. s̄. c. i. qualr  
antiq cauebant a lasciuia luxurie  
vt Antigon⁹. Qui cum audisset  
filium divertisse in eius domum  
cuius tres filie insignes ⁊ specio-  
se essent: ius edixit: ne quis min⁹  
quinquaginta annis natu: hos/  
pitio matris familias utere. pre-  
dicta enī multū nocent existētib⁹  
in publicis officijs: ⁊ ēt popl̄is s̄b  
iectis. Ideo tales a predictis ca-  
uere debent: quo m̄ multi contra-  
ria faciūt. Quod dolēdū est. Sū  
me aut̄ sic presidentes habere de-  
bent deum ⁊ eccliam in reveren-  
tia: ⁊ populū subiectum sub disci-  
plina. ⁊ nihilomin⁹ tractare pau-  
peres cuz m̄ia: q̄r oportet eos mi-  
sereri paupertati subditorum: vt  
deus de illis habeat misericordi-  
am. Unde legit in vita beati basi-  
lij. q̄ accessit ad eum quedā mu-  
liercula tanq̄ ad potentez apud  
principem regionis: postulans fi-  
bi fieri prouidentiā. i. misericordi-  
am per eum. Qui scripsit illi. hec  
mulier dicit: me posse ap̄ te. Si  
ergo possu⁹ oñde. Qui rescripsit  
sic pater sancte volui misereri illi  
sed non posui: p̄ eo: q̄ tribus ia-  
cerat

K

cet. **L**ui Basilius. Si qdē volēs non potuisti: bñ vt cunqz res se habet. Si ante3 potens noluisti: ducat te ch̄ristus ad horu3 indigentia: vt cū volueris nō possis. Et sic faciūm est. **M**az postea capitulū est ille: et intercessione beati Basiliū liberatus. Qui gratias agēs restituit mulieri in duplum qd abstulerat. **N**ōne inquit oportuit et se misereri p̄serui tui sicut et ego: tui miseri⁹ sū. Et **B**ath. xxiiij. de malo sermo q manducat et bibit cū ebriosis: et percutit seruos: ad quē venit dñs die qua nō spe rat. et predictis etiam modis q bus princeps est informandus: potest et quilibet informari q pre est populo sub eo: vt dictum est. **C**aplm. iiij. Qd iudices discutiant et diffiniant cās cū diligētia

**I**udices autē vēdicāt sibi oculoz locum i republi ca: vt dictū est. Sic enī

**L**oculi discernunt corpori utilia a nocīnis: quia oculi speculatores qdam sūne: et in alto sūti ad perlcula praevidenda fīm Ambro. in examineron omel. ultima. Sic iudices reipublice: in alto positi sāt vt discernant ista ab iniustis fabria: a nocīnis. oculi inquit tui recta videāt pner. iiiij. viii et index dicitur: quasi ius dicēs ppli: sine q iure disceptet. Jure at discepta re: iuste est indicare. **M**ō est autē iudex: si in eo, n̄ est iustitia. xxiiij.

q.ij. Idem vñ. Quales autē iudi ces eē debeāt dicītir. Deut. xliij. Date ex vobis viros sapientes et gnaros: quoꝝ conuersatio sit. p̄bata in tribub⁹ v̄ris. Et sequitur. audite illos: et qd iustum est iudicate. Quia enim debet esse viri requirit in eis virtus p̄stāta viri enī est p̄prie fortitudo. **H**ic Tull. i. mscu. q. et vir dicitur a virtute: vel quia maior vis in eo ait p̄pias. Quia sapientes: requiritur debita sapientia iuris et legū: **J**udex enī dicitur dicē ius: vt dictū est. Quia v̄o gnari: requirit ex p̄pria industria. Snarus enim ē peritus: doctus: sciens: strenuus. Snari sunt: qui peritias p̄me ve ritatis insinuant: ait p̄api. Qd conuersatio eoꝝ pbata sit. requiri tur laudabilis et redolēs fama. Tales debent esse iudices in cōfū iudices: Possit enim esse idem presides et iudices: presides in p̄fidendo: iudices in iudicando. Deut. xvi. **J**udices et magistrati constituēt in omnib⁹ portis tuis. Isti sāt admonendi: vt iudicium exerceant studiose et diligenter: ordinabiliter et recte: prudenter et iuste. Job. xxix. **C**ausaz quam nesciebam diligentissime investigabam. Elbi Gre. mora. xix. Ad proferendā sententianā nūqz precipites esse debemus: ne indiscussa temere iudicemus: ne quilibet mala auditā nos mo uant: ne passim sine probatione

N

## Comuniloquii.

**O** credamus. Debet ergo eē in iudi-  
cio exquisita discussio: facilis cre-  
dulitatis exclusio. ppositoriū exa-  
minatio: cū deliberatione: sente-  
tie platio. Et hoc merito: q: iu-  
dicium dei est. Deut. i. Ita pūiū  
audietis vt magnū: nec accipies  
cuīsq; personā: q: dei iudicium  
est. Jō ait dñs Exo. xxiiij. Nec i  
iudicio plimorū acquiesces snie:  
vt a vero deuies. pauperis quoq;  
nō misereberis in iudicio scilicet  
a vero deuando: t in iuste senten-  
tiando. Sūme igit cauere debet  
iudex a predictis: t ab eis que in  
dictum peruerterit: Sūme debet  
cauere: t diligens eē in causarū  
discussione: ait Bre. vbi. 5. Ha  
sora criminā credenda non sunt  
mox cū audiuntur: Sunt tamen  
citt' punienda: cū veraciter agno-  
scunt. Facilitas enīz credulitatis  
faē puerū iudiciū. Sicut Phu-  
tifar: qui nimis credulus verbis  
vxorū sniauit ē Joseph: t cum  
carceri tradidit. gen. xxxix. Item  
defectus discussiōis accusationū  
t defēctionū est occasio t causa in  
iusti iudicij. Sicut fuit d. pplo cō-  
dēnante Susanam ad dictum  
senū. Quo liberata est: testibus  
examinaſ t pđēnatis. vii t Sal-  
uator liberauit adulteram: q: nō  
fuit qui eā cōdemnaret. Jō. viij.  
vt enīz ait Ber. de gradib' hūili-  
tatio. est iudiciū quadruplē scilicet  
vitatis. Jō. v. Sic audio: sic in-  
dico. Et est iudiciū odij fm illud

**R** fm legem debet mori: dixerunt  
iudei de xpo. Et est iudiciū ter-  
roris. Jō. xi. Si dimittim' cū sic:  
oēs credēt in illū: t veniēt romāt  
t tollēt locū nrm t gentē. t est iu-  
diciū amoris scilicet carnalis: sic  
in David: q nolebat q: Elbsalon  
periret. ij. Reg. xviii. Jō statutū  
est. nō debere admitti ad iudiciū  
specialē amici: ne fallant: aut fal-  
lantur. Lui concordat Tuli. iiij. d  
offi. c. xi. ponit enim psonas ami-  
ci: cū induit personā iudicis. am-  
abit amicitie: vt verā amici cāz  
esse malit: t vt orandelitis tps q  
aliquid per leges liceat accomo-  
det. Cū vō iuramēto snia dicen-  
da sit: iuramēto meminit: deū se  
habere testem. i. vt ego arbitror:  
mentē suam. hec ille. Lauēdū er-  
go iudicib': ne ex nimia creduli-  
tate: ne ex discussionis omissio-  
ne. ne ex odij imanitate: ne timo-  
ris passilanimitate: ne carnalis  
amoris affectione: ne amicitie fa-  
miliaritate: ne munez cupidita-  
te iudiciū peruerterit. Quatuor  
enīm mōis iudicin̄ peruerterit: si  
more: odio: amore: cupiditate: vt  
habet. xi. q. vi. Sed pvideant: q:  
sint imitatores sumi iudicis: cui  
iudiciū in terris exercet. De quo  
Isai. xi. Judicabit i iustitia paupe-  
res q: diligēter t cauti fuerūt anti-  
qui in carū discussiōe: q: sagaces  
t puidi in examinatione: q: cō/  
stantes t industrii: in dubiorum  
sniauōe: q: clemētes t piū i quo-

**S**

**T**

V rūdā etiam reor, p cause exigen  
tia absolutione: patet in gestis eo  
rū. **E** De pio. s. de causaz diligē  
ti discussione narrat Gal. lt. vij.  
c. vij. vi. **D**emostenis astutia  
mīrfice sucursū est cui dā ancille  
que pecunia: depositi noīe: ea cō  
ditione acceperat: vt ea z nō nī  
simul vītīsq; redderet. Quorum  
alter iterictio tpe: quasi mortuo  
socio s̄q; loze obſitus: ancille dece  
pte nūmos abstulit. Superuēit  
postea alter: t depositū posceſ ce  
pit. herebat illa misera: pariter t  
pecunie: t defensionis penuria:  
ſaq; de laqueo t suspendio cogi  
tabat. Sed oportune ſibi Demo  
stenes patronus affuit. Qui vt i  
aduocationē aduenit: mulier in  
quit hec parata eſt: depositi fidē  
ſoluere. S; nī ſociū adduxeris  
id facere non pōt: qm̄ ut ipse vo  
ciferas: hec dicta eſt lex: ne pecu  
nia vni ſine altero nūereſ. Et ſic  
euafit mulier. **D**e ſcō ſcīz d  
cāruz exaſatiōe: ſat p; Dani. xiiij.  
vbi Daniel. oēs' ad iudiciū fuoca  
uit. flos testes pſutauit: innocētē  
liberauit: datū indiſcuſſe iudiciū  
retractauit: vnde narrat Petr⁹  
Alphonsus in tractatu ſuo de q  
dani: qui vocabat refugiu paup  
erū: eo q; ſolebat pauperes ad  
iuare. Lū enim quidā paup: vt  
ſbi dī locaſſet domā ſuā cuidam  
vicino diuili. diues cogitās: pau  
perē ſpoliare p̄diolo ſuo: poſuit  
bi domo dolia quedā oleo plena

qda z ho ſemiplēa. Tpe elapſo ve  
nū videre illa: t inueniens dolia  
ſemiplena: imposuit pauperi cri  
men furtivū inde poſſet eu z ſpo  
liare. Lū autē nō restaret illi nī ſi  
dominatio. refugiu pauperz: vo  
cans eū ſeorsū: inquirit ſi eſſ ī  
nocēs a crime imposito. Quo  
iurante: q; eſſ īnocēs rediit cū  
eo ad iudiciū petiqtq; q; dolia il  
la menſurarent. Et ſi tm̄ eſſet de  
ſecib⁹ in dolia ſemiplenis ſicut i  
plenis: ille ſit condēnandus. Si  
ho non eſſet in ſemiplenis nī ſi  
medietas fecis: eēt liberādus: q;  
ex hoc planū eēt: q; nūq; ſucrāt  
plena. Et ſic factū ſuit: t paupli  
beratus eſt. Ex quo p; p̄tū valz  
prouida examinatio in iudicio.  
**D**imiftr p; te tertio. s. de dilata  
tione iudicioz. vii narrat Galeri  
us lib. vij. c. x. q; qda z mī ſamī  
liaſ vītū t filiū ſinteremis: q; ab  
eis optie indol' filiū iuuenē quez  
ex pōi viro enixa fuerat p̄perifz  
occītū. quārē Dolobella pſul ad  
ſe delataz: Eſthenas ad Eriopa  
gi cognitionē tāq; ad indices gra  
uiores exercitatoresq; relegauit.  
q; nec ipſe liberare duab⁹ cedib⁹  
p̄taminatā: nec punire eam iusto  
dolore compulſā ſuſtinebat. S; t  
Eriopagite non min⁹ ſapien  
enter inspecta cauſa: t accusato  
rē: t reaz poſt centū annos ad ſe  
reverti iuſſerunt: eodem affectu  
moti: quo Dolobella: ſed ille trāſ  
ferendo: bi differendo queſtio,  
f 2

## Cōmūniloquii.

**B**mem̄ dāmnādi et absoluendi in explicabili vetatione mutabant. **C**onsimiliter narrat. A. gelius de dilatatione iudicij differēdi inter prothagoram vel pīctagoram sīm̄ alios: ut ait P̄doli. li. v. c. xij. et discipulū esus. Inter quos fuit scisma h̄mōi. H̄eual' adolescentes diues: eloquētie discende gratia causasq; orandi cupiēs fuit. Dic in disciplina P̄ictagore se dedit p̄mittēs pecunia q̄stam peteret: data medietate anteq; ingredetur: datum no aliam: q̄ die primiū cām ap̄d iudices perorasset: et vi cisset. Postea cuz diuti⁹ auditor assertorq; P̄ictagore fuisset: fācundiamq; a studio p̄monisset: transcurso tempore longiori: cuz causantibus patrocinii denegaret: ne doctoris mercede ipleret: habito consilio: lūcē cū eo P̄ictagoras contestatur. Cū igitur ad iudices ineunde cōstituēdeq; cause venisset ḡfa: P̄ictagoras sic exorsus est. Disce ingt stultissime adolescentes utroq; id modo fore: vt reddas qđ peto: siue p̄ te p̄nunciatū fuerit siue ē te. Nam si ē te lis erit data: in merces mihi ex sententia debetur: qđ ego euīcero: Si v̄o p̄ te iudicatiū fuerit: merces mihi ex pacto debet: qđ tu vinces. Ad quem placide heūalus: opto inquit: me a cīpīti cap̄tioni h̄isse obuiam: si verba non ipse facerē atq; alio parono vtecer. Sed mālūs in ista vīctoria p̄

**D**judiū est: cū te non in causa tātu⁹ sed in argūmento quoq; isto euīcero. Disce ergo tu magister sapiētissime utroq; modo fore: vt non reddam qđ peto: siue p̄ me p̄nunciatū fuerit: siue ē me. Nam si iudices p̄ causa mea censerit: nihil tibi ex sententia dabitur: qđ ego euīcero. Si ē me p̄nunciatum fuerit: nihil tibi ex pacto debeo: quia ego nō vīco. Et sic ab adolescentē discipulo: magister eloquentie inclytus: suo argūmento p̄futatus est: et captionis v̄sute et excogitate frustratus. Tunc iudices dubitū hoc, inexplicabile esse: qđ utriq; dicebatur ratiōne: ne sententia sua: utrāq; in partem dicta ipsa se se rescinderet: reū in iudicatam relinquunt: causas in diem longissimum protelantes. Nec eos terruit p̄hi predicti auctoritas: cum esset P̄ictagoras magne auctoritatis apud phōs: siue fuerit Prothagoras: qđ fuit acerrimus sophisticalorū: putat dicit. A. gelius li. v. c. i. Iudicia. n. festinata: penitentia sepe parit: vt patet. S. de Teodosio. vnde et greci cū vrgent ad sententiā: anteq; de causa liqueat: respondent patres suos solem apud antipodas non vidisse: sed expectasse sē per donec etiam ipsis oriret. Discunt etiam: properū esse viatorē qui anteq; lucifer oriatūr: crassis adhuc tenebris: luceq; remotaz viciam aggrediuntur. ait P̄doli. li. v.

**E**

vbi.5.

**C** Capl'm.iiiij. De veritate iudi-  
cij: t' ordinata indulgentia.

**E** quarto v'o scilicet de  
**d** absolutione reorū: t' in-  
dulgetia narrat multum  
**G**alc.lib. viij.c.l. Et hoc ex cau-  
sis varijs sicut ibi recitat. vbi ait  
q' quidam imperfecte sororis cri-  
mine a rege damnatus a popu-  
lo est in iudicio absolutus. Quo-  
ruj alterū atrocitas necis mouit:  
alterū cā flexit: quia immaturuž  
virginis amore: severe magis  
q' impie puniti estimabat scilicet  
popul'. **C** Similiter narrat ibi  
de quodam qui erat reus homi-  
cidij: pro senihil recusans: s' par-  
uulos flos commēdere cepit. s.  
iudici. **D** litigata igitur p̄tione:  
qui omnium consensi peritus  
erat: pene nullū triste suffragium  
habuit. **D** isericordia ergo que-  
stionem illam non equitas rexit  
queq' innocentie tribui nequie-  
rat absolo: respctū puerū data  
est. **C** Similiter narrat ibi de alio  
accusato: q' graues socijs iniuri-  
as attulisset. Et cū sine tristis de-  
eo ferebantur: repētina vis nim-  
bi incidit. Luncq' ille prostratus  
humi: pedes iudicis oscularetur  
t' os suum ceno repleretur: totā  
questionez a severitate ad clemē-  
tiam t' mansuetudinem transstu-  
lit. **C** Similiter narrat de quodaz  
reo t' dānato qui cum clamaret:  
se innocentem opprimi: t' index

respōderet nihil sua interesse: no-  
centem aut innocentem eum pe-  
rire: dummodo periret. ob vio-  
lentiam dicti: ab alijs liberat' ē.  
**C** Similiter narrat de quodam  
quem damnabat crimen libidi-  
nis: sed confessio intemperātie li-  
berauit. Et sic de multis cōsimis  
libus: p̄t ait ibi. Erant enī p/  
niores ad miserenduz: q' ad cō-  
demnandum: vt patet ex dictis.  
Et de his Flugu. xvij.de ci.c.x.  
loquens de Eriopago. Eriopa-  
gite inquit curiales illius vrbis  
erant. s. Ethenarum: t' inde no-  
men habuerunt fm Carronem  
q' Mars qui dicitur aries: cujus  
homicidij reus haberetur: iudi-  
cantibus duodeciñ dijs in eo pa-  
go: de sex. eorum sententijs libe-  
ratus est: quia vbi paris numeri  
sententie essent: preponit absolute  
damnationi solebat. Si ergo pa-  
gani t' gentiles deum ignorātes:  
fidei in expertos: diuinum iudi-  
cium futuruž non precogitātes:  
nec beatitudinē sperātes: fuerūt  
sic in iudicijs diligentes: quales  
esse debet fideles non soluz i su-  
is iudicijs sed i iudicio quod det  
ē? Prouidere ergo debet iudex:  
vt iudicium fiat sufficienti discussi-  
one: vt dictum est. Unde nar-  
rat Flugu. vi. confessio. post me-  
diuz: de Ellipio collega suo: qui  
apud Cartaginem cōprehēsūt  
fuit tanq' fur: quia apprehēns  
quandam securūm quaz fur qdā

H

I

f 3

## Cōmunilōquii.

**K**dimiserat. **L**ui comprehenso ob  
manit quidam notus sibi: **t**que/  
sunt quid acciderat. **L**ui cū inti-  
masset factuz: duxit eum ad do-  
mū predicti furis: ingrens de se  
curi cui<sup>o</sup> esset a puero stāte ante  
hostium. **Q**ui confessim ait. **M**o-  
stra ē. Deinde interrogauit: **t** ape-  
ruit cetera. Et in domū illam cā  
translata est. Et non arbitroz ait  
ibi Augusti. ob causam alia deus  
permisisse: illum capi: nisi vt ille  
vir tantus futurus iam inciperet  
discere: q̄ non facile in cognoscē  
dis causis homo ab homine dā-  
nandus esset temeraria creduli-  
tate. Ideo inunxit beat<sup>o</sup> Ambro-  
sius Teodosio: vt aī trigesimus  
dieni: nullus dānareſ ad morteſ:  
vt hiti est. **S**. vñ dñs ait Gene.  
xvij. Descendam: **t** videbo virū  
clamorē qui venit ad me ope cō-  
pleuerint: an nō est ita. vbi dedit  
exemplū iudicib<sup>o</sup> exquisite discu-  
tiendi anteq̄ iudicēt. **C**itē pro-  
videt debētr<sup>o</sup> t iudiciū sit indecli-  
nabili equitate rectū: ne. **s**. peruer-  
tatur affectu carnalitat<sup>o</sup>: metu po-  
testatis: ituit cupiditat<sup>o</sup>: vel odij  
**t** malignitat<sup>o</sup>. **J**udices eīm iudi-  
cuerint h̄ Ellēndrū p militi-  
bus vt habitū est. **S**. vnde narrat  
Eliug: vbi. **S**. de Ellipio. q̄ eius  
indoles: non solum illecebra cu-  
piditatis temptate est: sed stimu-  
lo timoris: quando assistebat iu-  
dict: **t** eius consiliarius erat Ro-  
me. **E**bī cum quidam potentissi-

**M**mus veller licere sibi ex more po-  
tentie quod erat per leges illicitū  
restitit Ellipius: promissū sibi p̄  
mūz irrisus aio ſtente mine cal-  
cauit. **E**t licet iudex in eī cāz trāſ  
ferret: afferēs: se ab eo nō pmit-  
ti: **t** licet codices conficiendos fi-  
bi curaret precijs p̄torianis: sem-  
per perſtitit: **t** deliberationē inde  
melius v̄rtit: utliorez indicans  
equitatem qua p̄hibebat: q̄ p̄  
testatē q̄ sinebat. **S**ic eīm dñs p̄  
cipit. Exo. xxij. **N**e in iudicioz  
ploruz acquiesces sententijs: vt  
avero deutes. **E**t ibidē. **M**ō de-  
clinabis in iudiciū pauperio. Le-  
uit. xix. **M**ō iniuste indicabis. **E**t  
post. **M**oli facere iniquuz aliquō ī  
iudicio scilicet ī numero: p̄dere  
**t** mensura. **C**itē indices puidē  
re debent: vt iudicium iusto aīo  
**t** recto ordine exequant<sup>o</sup>: **t** etiam  
recta intentione: nō ex ira aut cru-  
delitate: sed intentione iustitie cō-  
scrūande. **O**d enim iustū est: iu-  
ste exequaris: ait dñs. **D**icit. xvi.  
vñ. iii. dial. c. xxxv. narrat. **D**e q̄  
dam: q̄ vidit Petri maiore ec-  
clesieān locis tērrimis: magno  
ferri pondere ligati<sup>o</sup> **t** dephsum  
Ergo cū q̄reret: cur hoc eēt: di-  
ctū est: q̄: hoc patiebat: q̄: si qd  
ei pro inferenda vltione videbat  
ad inferēdas plagas plus ex cru-  
delitatis desiderio q̄ ex obediē-  
tia seniebat. **S**ame enim cauen-  
dū est iudici ab ira **t** crudelitate  
Cap. xxij. **L**ū tranquilitate in-

**D**ica. *Ira cim viri: iustitia dei nō opat.* *Jaco. i. vñ narrat Señ. de quodam iudicetyrānico: q ex ira dānauit tres milites innocentēs.* *Vnū: q: f̄dierat a via sine suo cō militone: iponens ei: q illū inter fecerat. precepitq alteri militi ut*

**O** *eū duceret ad suppliciū. Qui cū eēeductas: venit cōmilito socius eius. Quem vidēs Lenturio cui erat preceptū altū occidere reduxit abos ad iudicē. Quos vidēs iudex iratus dixit primo. Te iubeo interfici: qz damnaſt̄ es. Et te similiter ait alteris: quia cā dām nationis cōmilitōi es. Tertio dixit. Te quoq iubeo occidi: qz ius sus illū occidere: impatori nō pa*

**P** *ruisti. vñ Señ. O q̄ solers ē ira cūdia ad fingēdos furores. Tres puniti suntob vnius innocentiam. Excogitauit iste: quēadmodum tria crima faceret: q nullū iuererat. h̄z cim iracūdia hoc mali. Non vult regi: irascit ip̄i vītati si h̄ volūtatem suam apparuerit. Et de hoc Isido. li. iiij. de sū. bo-*

**Q** *no. c. lv. di. Iudex iracūdus: audi ei exāmē intueri nō valet: qz cal ligine furoris cecatus nō videt.* **C** *Itē pūdere d̄z iudex: vt iudi cū sit liberalitate gratiū: n̄ ve nāle v̄l vēditū ait Augusti. ep̄la. xxxv. an̄ fi. Nō iō iudex d̄z ven dere iusto iudicū: v̄l testis vertū testimoniu: qz aduocat vēdit iu stū patrocinū: t̄ iurisperit verū z̄silū. Ille cim inter vīrānq p̄te*

*examis adh̄b̄. Iste v̄o ex vna pte p̄sistunt. Lū autē iudicia t̄ te stimonia q̄ nec iusta nec vera vē denda sunt iniq̄ t̄ falsa vēdūtur: multo scelerius vtiq̄ pecunia su mitur: qz scelerate etiā a volētib̄ datur. Ille tr̄ solet tāq̄ male sibi ablātā pecunia repetere: q̄ iustū iudiciū emitt. Qui v̄o p̄ iniquo iudicio dedit: vellet qdē repetere nisi puderet vel timeret, emisse hec Augu. Et idē. xxiiij. q. v. Za li eīz vēditionēshil inordinati qz iustitiam vendere: iniquitas ē iniustitiam v̄o: rabiosa insania. Preterea: talis vēdit iustitū quā nō habet. In alijs autē h̄cibus: res vendita alienatur a vēditore t̄ transit ad emporē. S̄in hoc h̄ctu nullā iustitiam h̄z venditor 3 forte effect̄ iustitie transeat ad emporē. vnde talis vītate ip̄az inhonorat t̄ vilificat: qz ea que ē imprestalis exponit p̄ precio. t̄is dicitū ip̄uz peruerit puer. xxiiij. Qui cognoscit in iudicio faciem. non benefacit. Iste p̄ bucella pa nis deserit vītatiē. Quibusdam cim iustitia vīlis ē precaritate pe cunte: ait Aug. v. p̄fes. Mil sordi dius nil turpi: nil iniquitati vē ditione. Apud antiq̄s cim oē qd̄ et debito officiū ē: gratiū ē oī. Qd̄ si fit ad seū: in sordibus cō putatur. ait P̄oli. li. v. c. xi. Pre terea iudex ē famulis iustitie: q̄ ē regina vītū. Iudex ergo q̄ ven dū dīnāz suā t̄ reginā: vel p̄stituit*

## Cōmuniloquii.

si preceo valentiorē: sicut p̄ditor male perire dī. vt enī ait P̄oli. vbi. s. p̄ciūz nō dī tñ pecūia: s̄ obsequiū t̄ oē munus: put diceſ j. Talis ergo sicut seruus infidel bñam cui ex fide famulari tenet: quasi in foro distrahit. Johel. iij. puellā vēdideſt p̄ vino: vt bibe rēt scilic̄z iustitiā incorruptā t̄ sin cerā. Nec solū vēditor ē iniquus sed etiam emptor: vt de illis veriſiceſ illud Ezech. vij. Qui emit n̄ leteſur emptor eim talis ſcienter t̄ ex intentione puerſi iudicē cor rūpit. Sic Balach corrupit Ba laaz munerib̄: t̄ excecauit: Mu meri. xxij. Et de hoc bñ Jhido. iij. de ſu. bono. c. lvij. Null⁹ pre do tam cupidus in alienis: q̄ in dex iniquus in ſuis. Latrōes in latebroſis fauicib̄ iſidias ponūt iſti, palam: rapacitatis auaritia ſenunt. Sequitur. Lorū figura

vt ait qdā tanq̄ ſilla pingit t̄ de ſcribit. Ipla quidē eſt hūana ſpe tie: ſed capitibus caninis accin cta t̄ circūdata. Un P̄etronius Quid faciūt leges vbi ſola pecu nia regnat. Aut vbi paupertas vi cere nulla pōt: Nam nūc iudicū nūl ē: niſi publica merces. Ideo iudices ſacramento alliganſ legi bus iurati q̄ oīo iudicū cū veri tate: t̄ legū obſeruatiōe diſponēt Ipoq̄ iure cautum eſt: vt ſacro rū cuāgelioꝝ ſcripture terribiles aī ſedē iudiciale ponant: Ibiq̄ a principio littū vſq; in ſinē per

maneant. nec amoueant: niſi ſen tentia recitata: quo ton⁹ p̄fitorij latitudo: ipſius dei repleta p̄nitia omnib⁹ metū incutiat: t̄ ad ſacro ſanctas ſcripturas reverētiam: t̄ ab inquifitione veritatis oī ſinig tas ppulſetur: oniniſ quoq; car niſ t̄ ſanguinis religio iudicaria ppellat affectus: euacuans iraꝝ: zodium: metū: t̄ amicitiam. vt enim ait Juli⁹ Cesar. Facile ani mas verū videt: vbi iſta ſificiūt. put dicit P̄oli. li. v. c. xij. Et de iuramento iudicis Tult⁹ de offi li. iij. c. xi. di. q̄ neq; ſ̄ républicaz neq; ſ̄ iuſiurandū ac fidēz. ami ci cā: vir bonus faciet. Jō vt ait ibidem. preclarū a maioriſ acce pimus morē rogandi iudices: ſi eum morē tenerem⁹ que ſalua fi de faceſ poſſit. hec rogatio: ad ea ptinet: que paulo ante dixi hone ſta amico: a iudice poſſe cōcedi. Nam ſi omnia facienda ſūt que amici volūt: nō amicitie tales ſ̄ p̄iurationes putande ſunt. vnde ad deſcribendū q̄lis debet eē in dex inducit. H. gelī. li. v. de ymagine iusticie. Crisippus inquit oculos iusticie vultūq; ſeu eris ac veſerandis vborū colorib⁹ depinxit. Sequit̄. Forma v̄gina li: aspectu veheſeu t̄ formidali: luminib⁹ oculoꝝ acerbis: nec hu milib⁹: nec atrocissed reverēde cniſdā tristitie dignitate. Ex hu ius ymaginis ſignificatione: in telligt volunt̄: iudicē qui iuſtitie

T

V

X

y

Z

**A**ntistites est: oportere esse grauez  
sine severum: incorrupti: inadu-  
labile. i. cni adulari non possit: sed  
improbos imisericordē atq; in-  
exorabilem: electum q; et arduuz  
ac potentem vi et maiestate equi-  
tatis veritatisq; terrificū. **C** De  
instructione vero iudicium. ij. q.  
q. i. p. tom. et cā. lxxxij. **C** De pena q;  
q; mali iudicis narrat Hale. lib.  
vi. c. iiij. di. q. Lam: bisses rex: ma-  
li cuiusdā iudicis e corpore pellem  
detractā: selle iudiciale intēdit: et  
in ea filium eius iudicaturū con-  
sedere fecit. **C**eterū: rex barbar⁹  
atroci ac noua pena iudicio: ne  
quis postea iudex corrumpti possit  
prouidit. Solerter enī puidere  
deb̄ iudex ne perniciat iudicū  
dei ut eternār nō puniat. ex quo  
tali pena puniuit rex barbarus  
iudicez iniquum.

**C** Quinta distinctio de informa-  
tione aduocatorum. Capitulum  
primū Qualis debet esse: et a qui  
bus caueret:

**C**Onsequenter admonen-  
di sunt oratores: siue ad-  
uocati: vel legiste: q; vedi-  
cant sibi officium et locū legipie  
in republica. pronunciant enim  
cās expediēdas p reipublice vti-  
litate sicut lingua enticat corpo-  
ris utilitates et necessitates. Est  
enī propriū oratoris: aperte disti-  
cte: et ornate dicere. ait Tuli. i. de  
offi. et h̄i sunt informādi: vt vtās

scia sua et eloquentia ad reipubli-  
ce salutem nō ad perniciē: q; it ibi  
dem. libro tertio. c. xvij. dices. q;  
inhumanum est eloquētiā ad  
hominū salutem et p̄seruationē  
datā ad bonoꝝ pestem: perniciē-  
q; conuertere. Verum tamē: vt  
hoc fugiendum est: ita est religio  
ni horrendū innocentem aliquē  
impugnare. sicut aliquē nephart  
um impiumq; defēdere. Ex his  
patet q; tales cauere debēt. ne ip-  
sam veritatē: vel eius causas op-  
primant: et destruant. ne inocen-  
tes et iustos impugnent et dāniſu-  
cent: ne falsitatem: et eius falaces  
causas defendendas assumant: et  
ne impios verisimilib⁹ rationib⁹  
fūstificēt. Qui enī iustificat ipius  
et p̄dēnat iustū: ab homiabilē vter  
q; an deum. puer. xvij. Talia enī  
consueuerunt perpetrat p̄dicti  
in foris litigiosis: ait Aug. iiij. cō-  
fessionū p̄ principium: loquens  
de seipso. placuit inquit mihi sub-  
trahere bñficiū lingue mee nū  
dimis laq;citalis: ne vterius pue-  
ri mendicantes: nō legē tuaz: nō  
pacem tuā: sed insantas menda-  
ces: et bella forēria mercarent ex  
ore meo: arma furorū suo. Sic  
est de talibus qui predicta faciūt  
**C**licet enī iura sint iusta et leges  
recte: ea tñ conuertere ad virtutē  
oppressionē: et falsitatis p̄motio-  
nem: ē eos abuti. Quod multi fa-  
ciunt. et vt magis hoc facere pos-  
sint: dilatant phylacteria sua: et ma-

## Cōmuniōquii.

gnificant fimbrias tam ornatib⁹  
vestium: q̄ pompa gestuum: et ar-  
rogantia verborum. put legit in  
quadam tragedia: de quodā qui  
vidit infernū: et videns ibi turbaz  
aduocatorū: dicit. Heu venale  
genus hominī: accedite: et me-  
cum in hoc vase balneamini: su-  
perest m̄ adhuc locus. Sed no-  
bilis animus dedit: querere  
honorē ab exterioribus ornamē-  
tis. ait P̄oli.li.viii.c.xiiij. de De-  
mostene: qui ante q̄ virtus elogi  
eius innotuisset: cult⁹ copiosioris  
d̄ accepisse nitorē: sciens q̄ pur-  
pura causidicum vendit. Et post  
q̄ noticiam et famā assecutus est  
eloquentie toga contentus est. di-  
cens. velle: sibi a se potius q̄ a ni-  
tore vestium: aut cultu exquisito  
constare gloriam. Dis Elristipū  
decuit color: et status: et res. Qui  
libet idut⁹: celeberrima per loca  
vadit: quez cum proprius attolit  
honor: vilitas nō deprimit. Emē  
dicatus laudis vt esse suffragiū  
qd ab extrinsecis pendet. P̄rose  
cto vnius egregie virtutis titulo  
quisq; magis clarescit: q̄ splendi-  
dissimo luxurie instrumēto: et oī  
lenocinio vanitatis. Cū ergo vir-  
tus omnis aie polleat: iusticia cla-  
rins enitescit. vir ergo sapiens: et  
virtuosus. dediti debet ostendere  
se exterioribus ornamenti: et  
sic quasi vendere se. Et nō solū  
et se aliquā tales vendunt: vel suū  
patrimoniuū: sed quod miserabili

us est vendit suū silentiuū. Et cū  
silentium sit priuatio locutionis  
venales exponunt ipsas priuatio-  
nes. Et sic que nullius sunt precijs  
sunt venalia apud eos: prout nar-  
rat de Demostene. Qui cū Ari-  
stidium auctorem fabularum in-  
terrogasset q̄nū mercedis in eaz  
acepisset: et ille respondisset: mil-  
le nūmos: plus inquit Demoste-  
ne accepi ego: vt tacerem. P̄la-  
 Gregorius. ait. Sapientia nostra fides  
 est: prophetante: nisi credi  
 deritis: non intelligeris. Isayae. viij.  
 Fini aliam litteram. **I**tez secun  
 do modo dicitur sapientia seru  
 da charitas: quod illuminat: ait Eu  
 go libro. iii. de archa Noe. Cha  
 ritas inquit est sapientia: quia per  
 eam gustamus deum: et gustando

N

O

¶ 5

P cognoscimus. Sustate inquit et videte. Qui enim diligit: in lumine manet. i. Jo. iii. ¶ Tertio modo dicit sapientia pietas: sive cultus dei: ait Aug. xiiij. de ci. in fi. Et idem epistola. xxxiiij. et de spu et anima ubi. s. Qui quidem cultus appropriatur firmitati speciei. ¶ Itēz sapientia dicit q̄rio modo humilitatis veritas: ait Greg. mora. xxviii. prima stultitia angelis: elatio cordis est. Vera vero sapiētia hominis: humilitas sive estimationis: quam si quis magna sapiendo deserit: eo ipso vehementer desipit. Job. xxxiiij. Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Quod exponit Greg. de presumebus ob suaz sapientiam. ¶ Item sapientia dicit quinto modo filialis amor. Job. xxviii. Timor domini ipsa est sapientia. et recedere a malis intelligentia. Eccl. primo. Plenitudo sapiētiae timere deum. Unde Bernar. super Lant. ome. xxiiij. Cognitio non facit sapientem: sed timor: q̄ afficet. ¶ Item sapientia dicitur sexto modo: obseruannie mandatorum dei perfectibilitas. Deut. iiiij. hec est vera sapiētia et intellectus coram populis: ut audientes precepit hec dicat. En populus sapiēs et intelligēs: Et sapiente sic dicte competunt descriptiones sapientie date ab Augu. q̄ sapientia est modus animi: vel regimen vite humanae. ec. ubi. s. ¶ Itēz sapiē-

tia dicit septimo modo ut tactus est sapor boni. Dicitur enī sapientia a sapore. Recta enim estimatio rerum cum vero sapore: perfecta sapientia est. Et sapiens est cui res sapiunt: vt. s. sicut dictum est. omnia enim distinguere: sapiētia est: ait Señ. epistola. lliij. Sapiēs omnia estimabit: et vix sapiēti notum est q̄nti res quilibet taxanda sit: Spiritualis enim iudicat oīa i. cor. iiij. qz super oīa est: ait Aug. illud exponens de vera reli. c. vi. Et hac sapientia solum preditus est q̄ est a deo divina gra illuminans. Tali enim sapiunt res divine ut divine: humane ut humane: et sic de alijs: qz res diligunt ut diligende sunt. Amor enim boni: sapientia est: ut dictum est. ¶ Itēz sapiētia dicitur octavo modo: scriptura sacra: et architorum ei*lū*culenta cognitione sive intelligentia recta. In ipsa enī continetur omnis sapientia: Et ad hanc inuitat Salomon in libris suis. Sic puer. i. Sapientia foris predicit. et consequenter quasi per totum. Sap. vi. Clara est: et que nunc marcescit sapientia. Ecc. primo. omnis sapientia a domino deo est. Et sepe post. Hanc sapientia commendare vel describere supsedeo quia superfluum est. ¶ Item sapientia dicitur nono modo vita excessiva i*specie* hominū mūdanorum: et in adiunctione dīnorū consiliorum: qualis sun-

Vita apostolorū: et eius sequacit  
De qua sapientia. i.cor.iiij. Si q̄s  
videtur internos sapiens esse in  
hoc seculo: stultus fiat: ut sit sapi  
ens. Super qđ. Gre.mor. xxvij.  
In fi. Quid in hoc mundo stulti?  
Q̄ anissa non querere: possessa:  
sapientibus relaxare. nullam pro  
acceptis iniuriam redere: imo et  
ad iunctis alijs patientiam prebe  
re. Sequitur. Per hanc sapientēz  
stultiam per contemplationis lu  
men sapientia dei quasi in transi  
tu videtur. i.cor.ij. Quod stultus  
est dei sapientia est hominibus.  
Hec fuit sapientia et philosophia  
antiquorum patrum. De qua lo  
quitur egregie Criso. sup. Mat.  
omel. viii. ante fi. loquens de illis  
vera inquit philosophia et celis  
digna ipsa est: que per p̄scatores  
est anuntiata. Sequitur. Mociez  
quidem in sacris hymnis diem  
vō in orationibus: et manū ope  
ribus consumunt: apliū implen  
tes zelum. Et post. Non min⁹ vi  
ris: phantur etiam mulieres. Co  
mune enim eis et viris est belluz  
aduersus dyaboluz et potestates  
et mulieres viris magis certe sūt  
multociens: et preclara trophea  
statuerūt. Et exemplificat ibi de  
beato Antonio: et operibus eius  
et etiani prophetis: nec non et de  
alijs sanctis tam in nouo qđ in  
veteri testamento: qui summam  
philosophiam demonstrauerunt. i.vi/  
te euangelice excessiuā perfectio

nem. De cōsimili et philosophia  
predictorū. Idem omel. xlvi. an  
te fi. Hec est summa ars: sic oīas  
contemnere propter deum et pau  
peribus elargiri: q̄r tali arte p̄stru  
untur ergastula id est edificia: si  
ue tabernacula celestia. et ibi m̄l  
tim de hoc. Idem super Mat.  
omel. prima. Arma milituz xp̄i  
non sunt ex choiro et ferro p̄stru  
cta sed ex veritate: et iustitia: fide  
et philosophia. Hac enim philo  
sophia contempserunt sancti pa  
tres omnia delectabilia: sustinue  
runt omnia terribilia: desidera  
uerū sola celestia. Job.i. Scidit  
vestimenta sua. vbi Gre.mora  
ti. ante medium. Nonnulli ma  
gne constantie philosophiam pu  
tant: si discipline asperitate corre  
pti: ictus verboruz doloresq; nō  
sentiant. Nonnulli immoderato  
dolore commoti i excessu lingue  
dilabuntur. Sed quisq; nisi veraz  
philosophiam tenere nititur: ne  
cessit: ut inter virtūq; gradias.  
Non enim est pondus vere vir  
tutis insensibilitas cordis. Kur  
sum virtutis custodiam deserit q  
dolorem verberum ultra qđ ne  
cessit sentit. H̄ira ergo sapien  
tia et philosophia sanctorum pa  
trum. Item sapientia dicit de  
cimo' mō suspensiua. Et de hac  
philosophia sanctorum bene lib.  
prīo hystoře tripartite. c.xi. Ubi  
dicitur. v̄llissima res ad homines  
venit scilicet philosophia mons,

**Z**chorū que dialetice artis studia  
 despexit. Et hec conuersatōe mi-  
 randa: naturali simpliciō p:udē-  
 tia docet omnia que nequitiam  
 perimūt: et que operantur vtilia.  
 Non predicit virtutem: sed ma-  
 gis exerceat: nihil appendēt hu-  
 manaz gloriā: viriliter resistēt  
 passionibus anime: neqz nature  
 necessitatibz se subdit: nec corpo-  
 ris infirmitati succumbit: diuine  
 mentis virtutem habens: semp  
 contemplatur omnium creatorē.  
**S**equitur. Patientiaz et vntes  
 alias meditatur: et q̄zum nature  
 humiane possibile est: deo vicina  
 est: velut in transitu vtiens presē-  
 tibus. Et post. Cum sit rationa-  
 lis: omnem motum irrationalez  
 fugit: passioes anime et corporis  
 devincit. Huius aut elegantissi-  
 me philosophie magistri fuerit  
**A**Helyas et Joannes baptista: ut  
 quidā dicunt. Philo enim picta-  
 goicus refert: suis temporibus  
 vndiqz egregios hebreorum in  
 quodaz predio circa stagnū mo-  
 rion in colle posituz philosopha-  
 tes: habitaculuz eorum et cibos  
 et conuersationem tales inducit  
 qualem et nunc apud egyptioruz  
 monachos esse cōspicim⁹. Scri-  
 biteniz: eos petis abrenunciisse  
 permixtionibus ex muros habi-  
 tare in agris: domos eorum esse  
 sacraria: que nūc monasteria nū  
 cūpanē diligēter psalmis et hym-  
 nis plicare diuinitatem: et an̄ lo-

lis occasum non gustare cibum.  
 Alios per tres dies et ampli⁹ ce-  
 terisqz dieb⁹: vino semper: et san-  
 guinem habentibus absinere?  
 Libuz eis esse panis et salis: et ylo-  
 pi: et possū aque. ac multas eis co-  
 habitare seniores virgines ppter  
 amorem philosophie. Nec ibi  
 ubi et multa alia egregia narran-  
 tur: et specialiter de magno Eanto-  
 nio. Que quia exemplaria sunt  
 volentib⁹ philosophari dicta phi-  
 losophia celica quedam subscri-  
 bantur. Ut enim ibi: q̄ beatus  
 Eantonius puer relicus orpha-  
 nus donauit agros connicancis  
 aliāqz substaniā distrahens: pre-  
 cium pauperibus erogauit. Su-  
 diosi estimans philosophi: nō so-  
 lum semetipsuz spoliari pecunia:  
 sed ea dispēlare perspicue: iūctus  
 viris vtnis. vntes zelabat vni-  
 uerorum: probans virtutez: sua-  
 uem fieri consuetudine: Iz p:rimo  
 fuerit difficilis modus: et tāqz se-  
 per incipiens aliquid innouabat  
 Erat esca eius solus panis et po-  
 tus aqua: prandij temp⁹ solis oc-  
 casus. Frequenter duos dies et am-  
 plius sine cibo manebat. Vigila-  
 bat vt ita dicam iugis nocte: et ora-  
 tionibus coniungebat diem. Si  
 somnus incomberet: stando pau-  
 lulum dormitabat. Plerūqz pa-  
 uimento iacens: solā terrā stratum  
 refectionis habebat. Sequit. Su-  
 it gratus colloquenibus secū sū-  
 ne vlla tristitia. Et iz qui cum eo

disputarent certatim. questiones  
inserrent: sed abbat contentionem  
strepitum temperabat: mores q̄/  
si quadam regula componebat.  
Eram beatitudinem in cultura  
dei: et legum eius observatiōe di-  
cebat. Scipsum discutere. et secū  
ponere rationem eorum que ges-  
serat die noctuq̄ solebat. Erat la-  
boriosus: et maxime pro solatiis  
oppressorum. quorum gratia: se-  
pe veniebat ad ciuitates. Idluri-  
mi: vi compellente cogebant: euq̄  
legationibus fungi apud indices  
et magistratus: quoruq̄ singuli vel  
videre cum: nimis egregium de-  
siderabant loquentem q̄ audire:  
et precipienti parere erat gloriouſū.  
Qui cum talis esset: studebat in  
ignorari et latere per heremū. Si  
necessitate faciente venisset ad ci-  
uitates: disposito negotio: ad de-  
sertum continuo reuertebar. Pdi-  
scos dicebat per humectam sub-  
stantiam nutriti: monachis orna-  
tum fore solitariam vitam. Et sic  
illi: terre tactu tabescunt: sic glia  
monachorum ad urbes accedē-  
do sedatur. hec ibi. Ebi et multa  
egregia dicuntur de ipso et disce:  
pulis eius: sicut de P̄aulo sim-  
plici. et Theodoro: et Amone egyptio.  
Discipulorum enī Antonij  
studium fuit: vitam habere: ut di-  
citur ibi. Similiter: de philosophia  
virtuosa predictorū narrat P̄hi-  
lo predictius: sicut recitat Eccle-  
siastice hystorie li.i.c.vij. P̄hilo

inquit. d̄ abstinentibus apud egyptum  
ptū in libro quem de theoria vi-  
ta itinerauit viros cultores: et cul-  
trices feminas appellauit: hac de  
causa: q̄r venientiuq̄ ad se aias tā  
q̄r rudes et agrestes excollerent:  
vel q̄r erga dei cultum: pura et in-  
tegra conscientia perduraret. P̄d  
mo enim facultatibus omnibus  
renuntiabant deinde omnes vlt  
te eis sollicitudines abiciebant:  
et extra urbē egressi: in hortulies  
vel quibusq̄ agellis degebāt. In  
multis inquit orbis partibus est  
hoc gen̄ hominū: sed in egypto  
s. maior copia: precipue circa Ale-  
xandriam. Regio enim est: p̄hie  
magis q̄r fructib⁹ opposita. Se-  
quit. Eb̄ ortu diei usq; ad vespe-  
ram omne eis spaciū in studio  
rum exercitijs ducitur: quib⁹ ad  
p̄hiam diuinam per sacras l̄ras  
imbuunt. Continentiaq̄ velut su-  
damentum quoddam in animo  
collocant: et ita demum reliquias  
super hāc virtutes peragunt edificare.  
Libū potumq; nullus eo  
rum capit ante solis occasuq;: tem-  
pus. s. in his cum philosophie stu-  
dijs curam vō corporis: cum no-  
cte sociantes. hec ibi. Ebi et mul-  
ta alia de predictis. ¶ Similiter  
li.xi.c.iii. narrat de sic phantib⁹.  
s. de Bacario et alijs. ¶ Similiter  
Johannes Lassian⁹ in col-  
lationibus suis narrat de consi-  
milibus. In quarum prima p̄-  
sequitur de habitu monachalib⁹:

G

H

I

li. In secunda. de modo canoni  
co nocturnarum horarū in psal-  
modia. In tertia: de modo cano-  
nico diurnarum orationum. In  
quarta. de instantiis renuntiatio-  
num. In quib⁹ collationib⁹ et co-  
sequentib⁹ recitat de sapientiā phi-  
losophia sanctorum patrum. Si  
misiliter in tractatu. x. collationuſ.  
in quartuſ q̄rta dī: q̄ maxima p̄s  
intelligenie est scire qđ nescias.  
Similiter in tractatu. viij. collatio-  
nuſ in quartuſ septima dī. q̄ q̄  
q̄ hominū: artis peritiam asseq-  
concupiscit: nisi omni cura et vigi-  
lia: ei⁹ se discipline studijs man-  
cipauerit: ac perfectorum magi-  
strorum illius precepta et institu-  
ta seruauerit: frustra in omnibus  
venit. Nouim⁹ inquit ad hec lo-  
ca venisse aliquos: cognoscendi  
enī gratia monasteria fratruſ. nō  
vt has regulas et instituta suscipe-  
rent. Quibus exprobrari solet: q̄  
nō sui profectus gratia: sed vīta-  
de egestatis estimati sunt prouin-  
cias comeasse: cum nec ieiunioꝝ  
morem: nec psalmorum ordinē:  
nec indumentorum habitū per-  
mutarent. hec ibi. ¶ Huius autē  
sapientie virtuose alphabetum: et  
etiam fundamentuſ est humili-  
tas. Unde in vita patrum. li. ii. c.  
de humilitate: ait abbas Arseni⁹  
cuſ ab eo quereret frater: quomo-  
do rusticum istum de cogitatio-  
nibus interrogas: qui tante eru-  
ditione in latina et greca lingua

es? Cui ille. Illas eruditioſes ap-  
prehendi. sed alphabetuſ huius  
mundum discere potui. Vtere enī  
vbi humilitas ibi sapientia puer-  
x. contemplatio domini Iesu et  
speculationis limpitudo. In ipso  
enī sunt omnes theſauri sapie-  
tie et scientie abſconditi. Col.ii. Et  
ipſe ē fons omnis sapientie. Ecc.  
i. Fons sapientie verbum dei et  
cellis. Ipsam ergo contemplari  
et de ipso meditari: ad eū aspirare  
et anhelare est sapientia sanctorū  
contemplatiuꝝ: et sicut ait Ber.  
super Lant. Omel. xlviij. sup illō  
Fasciculus mirre dilectus meus  
Hec mea inquit subtilior interi-  
or q̄ philosophia scire Iesu. Et  
Omel. ix. Origo fontiuꝝ et flumi  
nuſ mare est: virtutum et scientia-  
rum domin⁹ Jesus: deus scienc-  
iarum ipſe est. Si quis callet in  
genio: nitet eloquio: si quis mori-  
bus placet: inde est. Thesauri enī  
sapientie ibi absconditi sūt. Et ibi  
bene de hoc. Et Omel. xv. Dicit  
effusum nomen tuum. Si scribā  
non sapit mihi nisi legero ibi Je-  
sum. Si disputem aut conferam  
nō sapit mihi: nisi sonuerit ibi Je-  
sus. Et ibi bene De hac sapientia  
et philosophia gloriabat Ep̄o. I.  
cor. ii. Nihil inquit iudicauī me  
scire inter vos: nisi xp̄m Jesum  
et hunc crucifixum. Hec autem  
sapientia abscondita est ab oculi  
visuētiū carnaliter: Job. xxvij.  
Abi inuenitur. sapientia: quis est

**N** locus intelligentie? Absconditus est ab oculis omnium viventium. **E**bis Grego. mor. xviii. Quisque sapientiam quod deus est videt. huic vite fundit? moritur: ne ei? amo re teneat. Nullus quippe eam videt qui carnaliter vinit. Erodi. xxvij. Non videbit me homo et vivet. Et ibi bene de hoc. **M**agna ergo et mira sapientia et philosophia sanctorum dictis modis.

**C** Capitulum sextum. Qualis est sapientia sanctorum.

**S**i enim ipsa sanctorum sapientia origine celestis sive celica. Et est multiformitate varia. Jacobi. iij. Que desursum est sapientia: quo ad primum pudica pacifica. quo ad secundum. Ipsa enim est que descendit a fonte vite. scilicet Jesu Christi qui est fons vite. et magister vite et virtutio: Immo ipsa vita et veritas. ego inquit sapientia. scilicet increata effudi flumina. id est dictarum sapientiarum fluentia. Ecc. xxvij. Et enim dicit Lamentator. scilicet abba super angelicas Hierar. c. i. Sapientia gentilium ascendit de sensu in ymaginem: de ymagine in rationem: de ratione in intelligentiam: nec ultra progreditur: sed in speculo sicut. Sed ista descendit in seraph metes: et deinde ad inferiores determinatur. Et de hoc Greg. ii. Magistralis: dictam auctoritatē exponebat: dicit quod pudica est ista sapientia: quod caste intelligit: pacifica:

quod per elationem minime a proximorum societate distinguit: et sic de alijs. Cel pudica est per spiritum sapientie: pacifica per spiritum intellectus: et sic de alijs spiritus differentiis: de quibus Isai. xi. Redde singula singulis: In illa eis est spiritus intellectus unus et multiplex. Sap. vij. Item hec sapientia est potestate virtuosa. Sapientia enim confortat sapientes super decem principes civitatis. Ecc. vij. Et hoc ideo: quod coniungit hominem deo: et firmat in deo Ioh. vij. Similabo eum viro sapienti et ceteris. Item hec sapientia est excessu eminentissima. effectu saluberrima: et utilissima tum in presenti: tum quod concupiscentia sapientie perducit ad regnum. Sap. vi. Job. xxvij. Non apendet argentum in comparatione illius. id est sapientie sanctorum: prout dicit ibi Greg. mor. xviii. Et de huius commendatione et effectibus Salomon in libris suis quasi per totum. puer. iij. Preciosior est cunctis opibus. Sap. vij. Nec comparari illi lapidem preciosum: quoniam omnne aurum et ceterum.

**C** Capitulum septimum. Ebi et a quibus hec sapientia inuenitur Bi autem inuenitur hec sapientia: et a quibus et a quod liter. Job. xxvij. Nescire homo precium eius. Seqnif. Non inuenitur in terra saeculari viventium. Ab illis dicitur. Non est in me

## Breui loquii.

et mare loquitur: non est mecum. ta et operibus.

Quod exponit Greg. mor. xviii.

de superbis et cupidis: a quibus

bec sapientia abscondit: Matth.

xl. Abscondisti hec a sapietibus:

et prudentibus tecum. Inuenis autem

ab animabus sanctitate puris et

mundis: et sic sub deo ordinatis.

In animas enim sanctas se trans-

fert. Sap. vii. Ecc. iiij. Fili concu-

piscens sapientiam: serua iustitiam

et deus prebebit illam tibi. ¶ Ita

inuenitur ab animabus elevatis

a mundi tumultibus et sollicitu-

dinibus Ecc. xxxviii. Sapientiam

scribe tempore vacuitatis: et qui-

minorabitur actu sapientiam per-

cipiet quod reuelabitur sapientia. ¶ Ita

inuenitur ab animabus humilitate

et virtutis. Talibus enim reue-

lat deus sapientiam suam. Ibi enim

humilitas: ibi sapientia. puer. xi.

¶ Item inuenitur ab animabus

devotione seruidis: et contempla-

tione elevatis. Sap. vii. Optauit

et datus est mihi sensus: inuocauit et

venit in me spiritus sapientie. Pro-

pet ergo huius sapientie inexplica-

bilis eminentia. Unde et omnia

que dicta sunt in precedenti tracta-

tu ad commendationem philoso-

phie humane: per prius et verius

competit hinc vere sapientie: Jo-

hec ad presens de eius commendatione sufficiant.

¶ Capitulum octavum. De su-

pereminentia sanctorum sapien-

tium respectu mundanorum in vi-

Eminentia vero sapientie

et tum: hac salutifica sapientia predictorum planum

est. Ipsa enim sunt veri philosophi. et amatores vere sapientie. Si

enim philosophus est cognitor: amator: et imitator dei secundum Psal-

tonem: prout ait Eleg. viii. de ci-

c. iiiij. Cum predicti sapientes sint

tales in rei veritate: ipsi sunt phi-

losophi excellentiores incomparabiliter

omnibus phis mundanie. De qua

rum excellētia legitur in vītis pa-

trum. lib. iiij. Ibi de patientia san-

ctorum. ubi dicitur quod phi-

venerunt probare monachos: et unus mo-

nachus bene induit venit. Lui

philosophi. Venit huc. Et ille in-

dignatus iniurijs eos aggressus est

transiit autem alius monachus

genere rusticus. Lui dicunt. Tu

monache male seneri veni huc.

Qui cursim venit. Et ceperunt

illi clapas dare. Ille vero alias ma-

zillas prebuit. Et illi adorauerunt

enim dicentes: monachus est iste.

Et interrogauerunt. Quid vos

nobis plus facitis? Nos ieunamus

et corpora castigamus. Sic et nos. Et

ille. Nos in gratia dei speramus

et mentem nostram custodimus.

Et illi. Nec nos custodiri non pos-

suum. Evidenter ergo patet su-

pereminentia persecutionis philo-

sophorum fidelium et divinorum

respectu mundanorum quod ipsi cu-

stodiunt mentem ab intemperie ab

deordinationibus: nec non et exte  
norem hominem ab exterioribus  
prauitatis ex vera credulitate  
in verum saluatorem ob spem vi  
te eterne. Philosophi vero et si ex  
terioribus continuerunt se ab exteriorio  
ribus imperfectionibus: non tam  
men interioris ex fide purificante:  
nec ob spem vite eterne. Et dicit ex  
cessu istorum verorum philosophorum  
respectu alterius Tertullius dispu  
tans contra aduersarium c. xl. et  
post multum: ubi ait. s. aduersari  
us. Eadem phi monent et profi  
tentur. s. innocentiam: iustitiam: pa  
tientiam: sobrietatem: pudicitiam  
sicut. s. christiani. Sequitur. Quo er  
go christiani excellunt philosophos  
Inimice ait Tertullius. philoso  
phi affectant veritatem: et affecta  
do corumpunt: quod gloria captant  
christiani vero et appetunt et integre han  
stant: et saluti sue curant. Vero ne  
c de scientia. nec de disciplina  
ut putas equamur. Loquit enim  
ad aduersarium. Et id est. Nomine  
philosophorum demonia non fu  
git. nec adducunt ad passiones sa  
crificare nolentes sicut christiani  
Si de pudicitia prouocemur: si  
miseriter patet excessus. Quia lego  
partem sine Attice in Socratem  
corruptorem adolescentem. Sexum  
femineum non mutat christianus.  
Non et philosophi meretricem  
Diogenis supra recombinis ar  
dorem substarem: studio et que  
dam Spiegillum de platonis

scola i adulterio perisse. Christia  
nus uxori sue soli masculus nasci  
tur. Democritus exceccando se: quod  
mulieres sine concupiscentia af  
ficere non posset. et dolor et si non  
esset potitus: incontinentie emen  
dationem profitetur. Et christianus  
saluis oculis feminas non videt  
animo aduersus libidinem cecidit  
est. Si de probitate defendatur: ec  
ce intulensis pedibus Diogenes  
superbos platonisthoros alia  
superbia deculcat. Christianus nec  
in pauperem superbit. Si de mo  
destia certem: ecce Diogenes  
apud Tyrios: zenon apud prien  
nenses tyrannides affectant: Chri  
stianus vero nec civilitatem. Si dicit  
equanimitate congregari: Ligur  
gus Apetarones inoptant: quod le  
ges ei latrones emedassent christia  
nus etiam vanatus gratias agit  
Si de fide comparem. Anaxago  
ras depositum hospitibus dene  
ganit: Christianus etiam extrane  
is fidelis dicit. Si de simplicitate  
consistat: Aristoteles familiarem  
suam hermiam turpiter loco exci  
dere fecit. Christianus nec iniimi  
cum etiam ledit: Idem Aristote  
les tam turpiter est Alexandro re  
gendo potius adulatus: quod pla  
to aurum Dionisio gratia vendi  
canit. hec ibi. Et sic de alijs quos  
ibi enumerat: Ex dictis igitur ma  
nifestare intendit supereminenti  
am fidelium perfecte in christo  
credentium respectu plororum gen

X

filium. Deinde opponit ibi: qd dicit aliquis: etiam ex nostris excidere quosdam: a regula discipline s. t peccare: t mala facet. Et qd bene soluit. qd tales. s. male facientes dñs nūt inde hēri christiani apud nos. Philosophi vō etiam cum talibus factis in nomine t honore sapientie perseverant. Quasi dicat. Christiani peccantes manēt in honorati: qd diu tales. Sed dicti philosophi manentes in suis maleficijs honorant t sunt in honore suo. t ibi bñ d hoc. ¶ Qua liter autem perfectionesque fuerunt in philosophis vmbritacie. s. vñtorū detestatio: mundi contemptus t respectio passionum interiorum edomatio: t sic de aliis que sunt enumetata in pcedēti tractatus fuerunt t sunt in pñis xpianis bñ veritatem satis patet ex dictis. Ipsi enim fuerunt t sunt pleni spiritu sancto qui discipline effugit nesciim sap. i. Et de cōparatione philosophorū mundanorum respectu diuinorum: t de excessu istorum respectu illoꝝ: bene Aug. xviii. de ciui. c. xl. Abi alt qd Zinaxoras reus factus sit: qd solem dixit lapidem ardente: negans utiqz deum: In eadem ciuitate Epcurus floruit. non credens. solem esse deum: sed nec et Iouem. Ibi Christipus in volutate corporis sumum bonū ponens: Ibi Zinistenes vture animali potius hōsem beatuz fieri as-

Y

seuerans: qd similiter d alij pñis varia opinantibus de quibus loquitur ibi. At illa ciuitas: illa res publica: illi israelite quibus credita sunt eloquia dei: nullo modo pseudo philosophos cum veris pñis parilitate lumine considerunt. Sequitur. Ipsi eis erant philosophi. amatores sapientie: ipsi sapientes: ipsi theologi: ipsi doctores probitatis ac pietatis. Qui cunq; fm illos sapuit: t vixit: nō fm homines sed fm deum qd eos locutus est sapuit. Ibi. Si phibitum est sacrilegium. deus prohibuit. Si dictū est. Honora p̄ trem tuum tc. Deus iussit: t cerea huiusmodi. Non enī hec oīa humana: sed oracula diuina suaderunt. hec ibi. Ex quibus manifesta est excellentia philosophorum diuinorum respectu mundanorum: t similiter eminentia sue sapientie: qd diuina pñia est respectu sapientie: illorum autem: humana est. Diabolica ergo sapientia t terrena t aialis sunt exterminandas: humana est ordinanda t dirigenda: diuina appetenda t acquirenda: que amicos dei c philosophos constituit: Sapientie. viij. Et hec ad presens de istis sufficiant.

¶ Explicit tractatus de sapientia  
Sanctorum

¶ Incipit Breuioloquiuꝝ de virtutibus antiquorum principum  
t philosophorum edituꝝ a Stratere

**Ioanne valensi: ordinis fratrum Minorum.** Prologus.

**B**oniam misericordia et veritas custodiunt regem prouer. xx. Imo quattuor virtutes Cardinales scilicet Prudentia: Teperantia: Fortitudo: et Iustitia sunt quasi quattuor columnae: sive quatuor postes: quibus predictus thronus roboratur: ideoque predictis virtutibus aliqui narrationes exemplares et persuasorie ad utilitatem praesidentium et instructionem in thronis residentium subscribantur: prout continent in gestis potentum: sive sapientum: et mundi philosophorum: Nam exempla sanctorum sufficienter patent in gestis eorum: et historijs sacrarum scripturarum.

**C**apitiu[m] primu[m]. De iustitia in possidendo.

**Q**uoniam autem iustitia est virtutus preclarissima: et in ipsa est omnis virtus: prout dicit philosophus: Ethic. v. Propter quod dixerunt platonici ipsam iustitiam habere vultum aureum: ut ait ibi Kommentator: ideo primo premittunt exemplares narrationes de iustitia regum et sapientum: Remota enim iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia: Quia latrocinia sunt regna. ait Eu-

gu. iij. de ci. c. iiiij. Introducens ex eiusdem de Alexander et Pirata: de quo exemplo planius et plenius narrat. li. iiij. de nugis philosophorum ubi dicitur quod cum Pirata esset deprehensus: et Alexander interrogaret: propter quod habebat mare infestum: respondit libera contumacia. Propter quod tu orbem terrarum. Sed quia id ego facio uno nauigio: latro vocor: quia tu magna classe facies: diceris imperator. Si solus captus sit Alexander. latro erit: Si ad nullum Dionidem: populi famulentur: erit Dionides Imperator. Vocabatur enim Pirata Dionides. Nam quantum ad eam non differunt: nisi quod anterior est qui rapit improbus: quam qui iustitiam ablectius deserit: quod manifestius impugnat. Leges quae ego fugio: tu persequeris: Ego eas vicunq[ue] veneror: et contemnis. Ne fortune iniquitas et rei familiari angustia: Et fassus itollera rabilis et explebilis cupiditas suam facit. Si fortuna mansuetetur: fierem forte melior. At tu quod fortunacior: nequior eris. Piratus Alexander constantiam hominis eum merito arguitis: experiar inquit: an futurus sis melior. Fortunam mutabo: ut non etiam quod deliqueris: sed tuis mortibus ascribatur. Eumque fecit: militie ascribi: ut posset exinde saluis legibus militare. Ex quo patet quod iustitia debet esse regnum in possi-

# Breuiſōqūiī.

**D**dendo. Item debet esse in eis pa-  
tientia in sustinendo iustas incre-  
pationes. Item benivolentia: be-  
nefaciendo eis qui iuste arguant  
**C**apitulum secundum. De iu-  
stitia in statuendo leges iustas.

**I**tem debet esse iustitia i  
regnantib<sup>9</sup>: iustas leges  
statuendo: et vt obseruen-  
tur diligens studiu<sup>z</sup> iugiter labo-  
rando. **A**nde narrat Trog<sup>9</sup> Po-  
peius libro.iiij.de Ligurgo: q<sup>9</sup> cū  
statuisset mandata et leges: q<sup>9</sup> du-  
ra Lacedemonijs videbant: au-  
ctorem earum Apollinem Del-  
phicum finxit: et se simulans pro-  
ficiisci ad oraculum Delphicum:  
obligauit iuramento ciuitatez: vt  
nihil in legibus illis mutaret an-  
**G**ipse reuerteretur. Quo facto:  
sunt ad Cretam: ibi q<sup>9</sup> perpetuuz  
elegit exiliu<sup>z</sup>: vt dicte leges obser-  
varentur. **M**oriēs vno: ossa sua  
abici in mare p<sup>c</sup>cepit: ne si repor-  
tarentur: ciues soluerent iurame-  
tum: estimantes se ab illo solutos  
**E**t nota: q<sup>9</sup> Delos est insula vbi  
erat templum Apollinis. et locus  
divinationis: prout dicit comen-  
tator. eth.i. **A**nde dicitur Apollo  
Delphicus. Et q<sup>9</sup> dicte leges erāt  
honeste: iō hic subscribantur.

**C**rimalege populum in ob-  
sequium principū: et principes  
ad eorum iustitiā informauit.  
**C**Secunda lege parsimoniam  
omnibus suasit estimās labo-  
rem militie assidua frugalitatem

consuetudine facilorem fore.  
**C**Tertia lege: emi singula non  
pecunia sed meritum compē-  
pensatione iussit.

**C**Quarta lege: auri vsum velut  
omnium scelerum mater su-  
stulit.

**C**Quinta lege: administratio/  
nem reipublice per ordinem  
divisit. Regibus potestate bel-  
lorum: magistratibus iudicia:  
et annuas sanctiones: Sena-  
tui custodiam legum: populo  
eligendi et creandi quos velit  
magistratus permisit.

**C**Sexta lege: omnes fundos in-  
ter oēs equaliter divisit: vt eq<sup>9</sup>  
patrimōia neminem alijs po-  
tentiores redderent.

**C**Septima lege: coniugari om-  
nes publice iussit: ne cuiusq<sup>9</sup>  
belitie vel luxurie: in occulto  
essent.

**C**Octava lege: iuuenib<sup>9</sup> nō am-  
pli<sup>9</sup> una ueste in toto anno vti  
permisit.

**C**Nona lege: pueros puberes  
nō in forum sed in agrum de-  
duci iubet: vt primos annos nō  
in luxu sed in opere agerent.

**C**Decima lege statuit: virginco  
nubere sine dote.

**C**Undecima lege iussit: vt vir-  
ores legerentur non pecunia.

**C**Duodecima lege: maximum  
honorem non divitum vel po-  
tentum: sed pro gradu etas se-  
num esse voluit. Nihil autem  
ulla dicta.

Villa dictarum legum in alios ipse  
fancivit: cuius ipse primus docu-  
mentum non daret.

**C**apitulum tertium. De obser-  
vatione legum.

**I**n antiquis etiam regibus  
fuit mira severitas iusti-  
tiae pro legibus custodi-  
dis ait. *Eal.libro.iiij.di. q̄ 3elen-*  
*cus: vrbe Lucrētium ab eo salu-*  
*berrime legib⁹ munita: inter q̄s*  
*erat ius a se statutum: q̄ depre-*  
*bensus criminē adulterij: vitroq̄*  
*oculo priuaretur. At vō: cum ei⁹*  
*filius esset in tali criminē depre-*  
*bensus: cū tota cinitas in hono-*  
*rem patris: necessitatē pene ado-*  
*lescentulo remitteret: aliquādiu*  
*repugnauit. Ad ultimum: popu-*  
*li precibus victus: suo prius: de-*  
*inde filij oculo eruto: vsum vidē-*  
*di vtriq̄ reliquit. Debitus suppil-*  
*eij modū legi reddidit egtaſ: ad-*  
*mirabilitempamēto se inter mise-*  
*ricordē patrē: viuſtū legis latorē*  
*dit⁹. C* Ibidē narrat d̄ karūdo.  
*q̄ cum lege cauerat ob seditiones al-*  
*conctiones ciuitum: q̄ si quis cō-*  
*sitionem intraret cuž ferro: inter-*  
*ficeretur: et ipse intericto tempo-*  
*re elonginquo rure domuz repe-*  
*tens gladio cinctus: subito in ip-*  
*sam conctionez sicut erat cinct⁹*  
*processit. Et cum esset admonit⁹*  
*de solutione legum ab eo qui si-*  
*bi proxime stabat: ego inquit le-*  
*gem resarciam. Et protinus: qđ*

habebat ferro districto incubuit.  
Cum enīz liceret: culpā vel diſi-  
mulare vel errore defendere; pe-  
na z tamen rependere maluit: ne  
qua fraus iustitie fieret. **E**cō-  
trario vō: multi potentes nō ob-  
seruant leges quas cogunt subdi-  
tos obseruare. Ideo ait *Eal.lib.*  
*vi.q̄ subtiliter Enaparsus leges*  
*non custoditas telis aranearum*  
*comparauit. Nam vt illis infir-*  
*miora animalia retinerti: valen-*  
*tiora transmitti ita his humiles*  
*et pauperes cōstringi: diuites vō*  
*et potētes n̄ alligari aiebat. Pro-*  
*perea voluerunt antiqui: leges*  
*sue esse iustas. Fuit enīz genera-*  
*le edictum apud antiquos: nihil*  
*expedire quod non eēt iustū. vñ*  
*narrat *Eale.eodem libro.q̄ cuž**  
*Themistocles diceret Elthenien-*  
*sibus: se scire saluberrimum eis*  
*consiliuz. s. q̄ incenderent classē*  
*Lacedemonior̄: neq̄ consiliuz*  
*publicare voluit: sed petiit vnuž*  
*sapientem cui illud tacite expone-*  
*ret. Lui datus ē Alcibiades. Quo*  
*audiente consilium rediit ad cō-*  
*ctionez dicens Themistoclis vti*  
*le cōsiliū: minime tamen iustū*  
*animo voluere. At vniuersa con-*  
*ctio quod equū non est: nec vtile*  
*vel expedire proclamauit. Et sic*  
*edicto ciuitū aūlata est prudētie*  
*iustitia: tmo nō ē prudentia: s̄z po-*  
*ti⁹ calliditas: cui iustitia aduersat̄.*  
**C**apitulum quartum. De pro-  
videntia circa tempublicam.

**E**

## Breuioloquii.

Deo enim iustitia viguit  
apud illos: q̄ de republi-  
ca saluanda. eis erat om-  
nimoda cura: et illius utilitatem:  
vite p̄p̄le preponebant: ait Aug.  
s. de ci. c. xv. et Tull. de offi. li. p̄io  
2. sij. dicit: q̄ cū esset Marc' re-  
gulus ductus captiuus a Lartha  
ginensibus: et missus Romā sub  
furamēto redeūdi. p̄ omutatiōe  
captiorum: ille Romā veniēs  
in senatu: captiuos reddi aut co-  
mutari negavit esse vtile: eo q̄ il-  
li essent adolescentes et boni du-  
ces: et ipse senectute confectus. et  
cum retineretur a propinquis et  
amicis: redire maluit q̄ fidē ho-  
sti datam fallere. Et tamen non  
ignorabat: se ad crudelissimū ho-  
stem: et ad exquisita supplicia p̄-  
ficisci: sed iustarandum seruāduz  
vio putauit. ¶ Lōsimile narrat  
Augu. xvij. de ci. c. xvii. et Tull.  
de senec. de Lodro rege Atheni-  
ensi. Lēi enī instaret bellū inter  
Athenien. et Peloponeñ. acce-  
perant in responsis: q̄ illi eēnt su-  
turi victores quoꝝ dux occidere  
tur. Hoc audiēs Lodrus: in ha-  
bitu pauperis trāsiuit ad hostes:  
seq̄ obiecit eis: necem per iurū  
um p̄uocādo. De quo Virgil?  
Et iurgia codri. ¶ Baluit. n. mo-  
riti: vt vincerēt sui: q̄ viuere: suis  
superatis. Duo enim sunt p̄cepta  
Platonis volentibus prodesse  
reipublice: ait. Tull. i. de offi. vnuꝝ  
vt ciuium utilitatem sic tueātur

vt quecūq̄ agunt ad eaꝝ referāt  
obliti cōmodox p̄priorū. Alter:  
vt totum corpus reipublice curēt  
ne dum p̄tem aliquam tuerentur:  
reliquas deserāt. Et q̄r antiqu: hec  
et similia seruauerunt: iō rempu-  
blicam: magnam ex parua fe-  
runt: ait Lato: cuius v̄ba recitat  
Augu. v. de ci. c. xiij. Molite inq̄  
estimare: maiores n̄f̄os armis  
républicā: magnam ex parua fe-  
cisse. Si ita esset: multo pulcher-  
rimam nos haberem⁹. Quippe  
sociorum atq̄ ciuiū preterea ar-  
morum et equorū maior copia  
nobis q̄ illis. Sed alia sunt que  
illos magnos fecerunt q̄ nobis  
nulla sunt. Domī industria: foris  
iustū imperiū: animus in consu-  
lendo liber: neq̄ delicto neq̄ li-  
bidini obnoxius. Pro his nos  
habem⁹ luxuriā et auaritiam: pu-  
blice egestatē: priuatiz opulentia  
Landam⁹ diuinitas sequimur in-  
heritiam: inter bonos et malos di-  
scrimen nullū: oīa virtutū p̄mis  
ambitio possidet. Sequit. vt era-  
rium esset opulentū: tenues res  
private erant. Corruptis autē mo-  
ribus econuerso Lato ponit: pu-  
blice egestatem: priuatim opulentia  
vnde antiqui cōsules: pauperes  
erant in rebus priuatib⁹: ait Aug.  
vbi. s. c. xvij. di. q̄ Luci⁹ valeri  
us in suo p̄sulatu adeo paup̄ fuit.  
vt defūcto nūm̄is a populo colle-  
ctis sep̄itura curaret: ¶ Consilē  
narrat Gegetus. ij. de re militari

de Ethillo Regulo: q̄ cū p̄fuis-  
 set summis reb⁹ adeo paup⁹ fuit:  
 vt coniugē ⁊ liberos collocaret i  
 nō agello qui colebatur ab uno vil  
 lico. Neq; n. volebat: dñiores eē  
 in suis dignitatibus q̄ aī: ait ibi  
 Aug. De Quintio: q̄ cū q̄tuor  
 lingera possideret: ⁊ ea manibus  
 suis excolet: ab aratro eductus  
 est vt dictator fieret: maior vniq;  
 honore q̄ consul viciq; hosti-  
 bus ingentem gloriam consecu-  
 tus: in eadem paupertate permā-  
 fit. Cum enim rem publicam ha-  
 berent opulentissimam: in domi-  
 bus paupes erāt: ait ibi Aug. di.  
 q̄ quidā qui fuerat bis consul ex  
 senatu pulsus est: eo q̄ decē pon-  
 dera argenti in vasis habere cō-  
 spectus est. Non enim dñari in-  
 tendebat pp̄ lucra: neq; hoc fuit  
 apud eos ingenium: prout rñdit  
 Curtius consul cū Sānites ma-  
 gnū sibi pōdus auri attulissent.  
 Quibus ille ait. Non aurū habe-  
 re: p̄clarū sibi videri: sed eis qui  
 aux̄ habent potius dñari. C  
 Lō  
 simile narrat Elegi⁹ li. iiiij. de re  
 militari: q̄ cū legat⁹ Ep̄iotharū  
 Fabritio cōsuli grande pondus  
 auri offerret: illo non accepto: di-  
 xit: se male illō habētibus impe-  
 rare q̄ illud habere. Et ob hoc  
 nolebant prefici in dignitatibus  
 nisi possent recipublice pficere: ait  
 Hale. li. vi. de Scipio & Cornelio  
 Qui cū hyspania orte venisset:  
 rñdit: se nolleire adiecta causa:

q̄ recta facere nesciret. C Item  
 neq; filios pfici patiebatur nisi  
 possent pficere. vnde narrat he-  
 lynandus hystoriographus put-  
 ait P̄oli. lib. iiiij. c. xiiij. de Helvo  
 pertinace: q̄ cū ex senatore esset  
 creatus impator: ⁊ obsecrante se  
 natu: vt filium suum Augustum  
 Cesarem vocaret rñdit. Suffi-  
 cere mihi debet: vt ego immerit⁹  
 regnauerim cum non mereret.  
 Primatus enīz nō sanguini de-  
 betur sed meritis: ⁊ inutiliter re-  
 gnat qui rex nascitur nec meret.  
 proculdubio pentis affectum ex-  
 uunt qui paruulos suos importa-  
 bili molle superiecta extinguant.  
 Hoc enim est suffocare filios n̄  
 pmouere. Ellendi enīz pri⁹ sunt:  
 ⁊ virtutibus exercendi: ⁊ cum i  
 eo profecerint: vi probentur: eos  
 antecedere virtute quos debent  
 honore preire: inviti ascendat. Et  
 tunc ciuium suorum se nequaq;  
 subtrahant votis. Impiebat. n.  
 enim Salomonis preceptū. Ec-  
 cle. viij. Noli querere fieri iudex:  
 nisi virtute valeas dirumpere iniq-  
 uates. Sectantes enim anaritias  
 non preficiebatur recipublice: ait  
 Gal. li. vi. vi. q̄ cū duo consules  
 contéderent in senatu: quis eoru⁹  
 in hyspaniā mitteret: ait Scipio  
 Emilian⁹ oib⁹ sniam ei⁹ expe-  
 ctantib⁹. Menter hoz mihi pla-  
 cet: qz alter nihil habet: alter in-  
 hil satis est: eque mala licetie im-  
 perij: magnam inopiam iudicās

T

V

X

E

## Breuiſōqūiī.

**Z**et quaritiam. Item eorum iustitia patebat circa rempublicam in tantum: quod nec sibi parcebatur pro salute reipublice: prout per ipsum in dictis exemplis: neque eius pater parcerat filio: ait Hale. li. v. et Aug. v. de ci. c. xviii. de Bruto: qui filiosprehensos: et post ad pallium ligatos securi percuti fecit: quia vniationem Tarquinij regis superbia se expulsam reducere volebat. Eruit patrem: ut ageret consulēt orbatusque viueatque vidicte publice deesse maluit. De quo poeta Matrosque pater noua bella mouentes. Id penam pulchra pro libertate vocavit. Elicit amor patrie: laudisque immensa cupido. **L**onsimile narrat Aug. vbi. 5. de Torquato: qui filium: non quod est patriam: sed etiam pro patria pugnauerat: quod in imperium ei licet vicisset occidit: ne plus mali in exemplo contempti imperii: que gloria erit hostis occisi. Ide narrat Gaius vbi. 5. de Hannilio Tore. Lui cui erit ei filius accusatur: et priuictus: ptulit suos di. cu. Silvanum filium meum pecuniam a sociis accepisse. probatum sit enim repudi. et domo mea idignum iudico. Qui sic adiudicatur: prisca iustitia: suspicio se penit. Item nec filius debet parcerere patri agenti in rempublicam. Erit Tullius. iiij. de offi. inquirens an si tradere patriam conetur patr. silebit ne filius? Et respondet: quod primo patrem obsecrabit ne hoc faciat: deinde si nihil proficiat: ac-

cuset: et ad extremum: si ad perniciem patrie res spectat: salutem patrie: saluti patris anteponat. Mirum: quod ut ait ibi. Si duo sapientes sint super unam tabulam in mari que non posset filius virum quod deserre: minus sapiens debet cedere sapienti: eo quod ille utilior est reipublice.

**C**apitulum quintum. De iustitia erga inimicos.

**D**On solum autem fuit enim dens eorum iustitia erga suos et reipublicam: sed et erga hostes ait val. li. vi. d. Camillo procul quod cum Galiscos circumcederet magister ludi: nobilissimos pueros eorum in castra Romanorum perdurit. Quibus iterceptis: non esset dubium: quin illi se essent tradituri. Camillus vero non solum spreuit perfidiam: sed censuit: ut pueri magistrum vincitum vnguis agendam ad parentes reducerent. Quia iustitia: eorum animi capti et beneficio magis quam armis vincit: portas romanas appuerunt. **I**bide ait: quod Thimocrates pollicitus est: se Pyrrum veneno necaturum. Que res: cu. ad senatus erit delata: missis legatis Pyrrus monuit: ut aduersus insidias huiusmodi cautius se gereret. Non nullus enim: bella non veneno sed armis gerere. Namque Thimocratis supposuit: viroque modo amplexus equitatem: quod neque hostem malo exemplo tollere: nec cum qui mereri para-

**C**two fuerat pdere noluit. **C** Narrat tamen Amelius florus in hy  
storia Romanorum: q̄ medi-  
cus Pirri nocte ad Gabracinum  
venit, pmittens: se Pirru occi-  
surus veneno: si sibi aliquid po-  
liceret. Quem Gabrius vincitū  
reduci iussit ad domū suā: Pir-  
roq̄ dici qđ ē eius caput medi-  
cus spōpondisset. Qđ Pirrus  
admiratus dixisse fert. Ille ē Fa-  
baci⁹: qui difficilius ab honesta-  
te q̄ sola cursu suo auerti pōt.  
**C** Legit etiā de Ellēxandro: q̄  
cum fleuisset mortem Darij ho-  
stis eius: quē sui letaliter vulnera-  
verant: vt sibi placerent: volens  
scire q̄ hoc scelus cōmiserant: in-  
ravit se factu⁹ eos notissimos ⁊  
sublimes. Et iunc p diderunt se  
Bersas ⁊ Arbasōes facti huīna  
auctores. Quos statim in vindictam  
altissima trabe suspēdit. Et  
sic sublimes ⁊ notissimi p̄cūs fue-  
runt. **C** Si ergo ignari legis di-  
vine: tales erant in operib⁹ iu-  
sticie amore patrie ⁊ cupidine tē-  
poralis glorie: quales esse debēt  
illuminati fide: ordinati charita-  
te: certi spe glorie pro republica  
xpiana in operib⁹ diuīne iusticie.  
Sed qz oēs: que sua sunt q̄runq;  
non que ieu xpī P̄hil.iiij. Ideo  
pauci sunt tales: ⁊ respublica defi-  
cit. Cum enim quislibet querit cō-  
modum p̄prium ⁊ emolumētu⁹  
perit respublica: ait Tuf.iiij. d̄ offi.  
q̄ si vnuſq̄ rapit ad se como-

dūm aliorum: ⁊ distrahit q̄ pōt:  
emolumenti sui gratia: societas ⁊  
cōitas hominum evertitur.

**C** Capitulum sextum. De parti-  
bus iustitie.

**F** Remissis exemplis d̄ iu-  
stitia antiquorum in ge-  
nerali: patet iustitia eoꝝ  
in speciali. s. q̄tum ad partes iu-  
sticie. Diuiditur aut̄ iustitia in se-  
curitatem ⁊ liberalitatem: prout  
dicitur in morali dogmate phoꝝ.  
Est aut̄ severitas virtus debito  
suppliatio cohercens iniurias. Et  
de hac: premissa sunt superi⁹ exē-  
pla. **C** Liberalitas aut̄ est virtus  
beneficioꝝ errogatrix: quaꝝ pro  
affectu: benignitatem: p effectu:  
benificentia dicimus. Et hec vir-  
tus: in tribuendo ⁊ retribuendo  
consistit. **C** Qualr aut̄ hec virt⁹  
viguit in magnatib⁹ antiquis: eo  
rum gesta testant. **C** De liberali-  
tate enim Tit⁹ impatoris legitur  
in gestis romanor̄: q̄ statuerat:  
ne accendentem ad se postulandū  
gratia: sine re: vel spe habēdi di-  
mitteret. Et interrogat⁹ ab amicis  
cur plara polliceret q̄ p̄fare pos-  
set: respondit: q̄ nō decet quēq̄  
a sermone principis tristē absce-  
dere. Idē recordat⁹ semel sup ce-  
naz: q̄ nihil tota die illa dederat:  
gemens dicit. **O** amici: diē hunc  
perdidisti. **C** De liberalitate Ellēxa-  
dri Señ.ij.de bñ.ait. q̄ cui dā pe-  
renti denariū: dedit vrbeꝝ. Quo  
dicente: tantum donū nō p̄uenit

**F**

**G**

# Breui loquii.

I re sue fortune: r̄ndit Alexander  
Non quero qd te accipe: sed qd  
me dare decet. De eodē Seneca  
ep̄la.iiiij.dicit: q̄ r̄ndit cuiusq; di-  
midū omniū rez sibi p̄mittenti  
eo inquit p̄posito veni in Asiam  
non vt acciperē id qd dedissetis  
sed vt haberetis id qd reliq; sem  
Ecōtra est de multis: q̄ etiam  
cauillatio es inueniūt: ne petenti  
aliquid tribuant. Sicut Antigo-  
nus: de q̄ vbi.5.dicit: q̄ cū cyn-  
nicus petieret ab eo talētū r̄ndit:  
plus esse q̄ Lynnicus petere de-  
beret. Repulsus ille petit denari-  
us. Qui r̄ndit Antigon: minus  
esse: q̄ regem dare deeret. Tur-  
pissima cauillatio ait Señ. Unue-  
nit enīz quō neutrū daret: In de-  
nario regem: in talento Lynnicū  
respexit. Cū posset denariū Lyn-  
nico t talentū rex dare. Item  
si dividatur iustitia speciali: sicut  
dividit e Bacobi lib.i.di. Iusti-  
tia est: vnicuiq; seruare q̄ suum  
est. De qua veniunt innocentia:  
amicitia: cordia: pietas religio:  
affectionis t humilitas. P̄atet in  
gestis antiquoꝝ quō iustitia fūm-  
ptes has in eis viguit. De Ti-  
ti innocentia legit vbi.5.q̄ nullū  
factum quod penitendū esset re-  
coluit in morte: vno excepto: qd  
enī non pdidit. vñ t in morte cō-  
questus est: vitam sibi eripi im-  
rito. Item narrat Solini li.  
vlt. q̄ ap̄d quādā gentē. s. intro-  
papanē insulā: in regis electione  
nō nobilitas p̄ualet: sed suffragia

vniversorum. Populus.n. eligit  
spectatiū moribꝫ t inueterata cle-  
mentia: annis graue: t cui nullū  
sint liberi: ne regnū fiat h̄c dita-  
riū. Qui si i aliq; p̄dictoꝝ arguit:  
morte m̄lciat s̄līr de amicitia et  
cordia q̄līr viguit i antiquis coꝝ-  
gesta testant. ex q̄ toto nixu itēde-  
bant. ad reipublice viuitatē vt dī-  
ctū est. Concordia autē nihil ē vni-  
lius cūniciati. ait Aug. ep̄la.v. Jō  
ad corditā h̄icidam t amicitiam  
anhelabat. vnde narrat Gegeti  
li.iiiij.vbi.5.q̄ obſidente Hani-  
bale: Cassilini tantā inopiaꝝ sunt  
perpeſſi: vt murē centū denariis  
venisse pditū sit memorie: eius-  
q̄ vēditorē fame p̄iſſe: emptorē  
vō vixisse: fidē tñ Romānis ser-  
uauere. S̄līr Gal.li.iiiij.5 ve-  
ra amicitia: ponēs exēplū d̄ duo  
b̄ amicis Amōe t phitiae. Quoꝝ  
vñ cū vellet Dionisi "tyrān" oc-  
cider: t ille ipetrass̄t̄s ab eo: vt  
fdiret domū ad res suas ordinā-  
das alter se vadēt̄ p̄ reditu illi" da-  
re non dubitauit. Appropinqua-  
te autē die diffinita. neq; illo rede-  
unte: vnuſq; temerariū spopō  
forem dānabat. Ille vō de amici-  
constantia: se non metuere p̄di-  
cabat. Hora vō a tyranno statu-  
ta alter rediſt. Hirat' igiꝝ tyran-  
nus eoꝝ animū t amicitia: sup-  
pliciū remisit: rogās: vt se in ter-  
tium sodalitatis gradū secū reci-  
perēt. Nec autē amicitia debet  
esse vera. Cū. n. triplex sit amici-  
tia. s. q̄ honestū: q̄q; vnde: t p̄o/

T

V

Pter expediēs: put dī ethi. viij.  
**Q** Illa: vera ē amicitia q̄ est ppter  
 honestū. honestū. n. t virt̄ facit  
 amicitias. ait Tūl. i. d̄ offi. Et vir  
 tus conciliat amicos t pleruat:  
 ait idem. i. de amicitia. De q̄ ami  
 citia Ecc. vi. Amic⁹ fidelis prote  
 cto fortis. Qui inuenit illū: inue  
 nit thelaurū. Nam cū amicitia ē  
 simulata. s. pp vtile vel expediēs  
 non est stabilis: ait Tūlius. vbi. s.  
**R** Qui enim utilitatis ppric causa  
 fungūt amicitias: amabilissimuz  
 amicitie modū tollere videntur.  
 Vere enim est amic⁹ mēle. t nō  
 permanet in die necessitatis. Ecc.  
 vi. Un solebant antiq simulacra  
 grattiaruz effigiaru nuda: sine de  
 pingi facere ymagines nude: eo  
 q̄ soliditas amicitie: t veritas fi  
 dei: sine qua neq̄ grē nomē sub  
 sistit: nullo simulationis facto de  
 bent obumbrari: ait Poli. li. iiij.  
 Talis est amicitia multoꝝ iuxta  
 illō cōe dictū. Lū fortuna māet:  
 vultū seruatis amici. Lū cecidit:  
 turpi vertutis ora fuge. **E** Et nō  
 solū hec in eis vigebat: s̄ pietas  
 t religio fīm rit⁹ eoz. Pietas. n.  
 cult⁹ dei dī: ait Aug. ep̄la. xxxvij.  
 Et cū est cult⁹ veri dei: ē vera pte  
 las. Lū aut falſorū deozē falsa t  
 punitiosa pietas. p q̄ tū obſuāda  
 erant diligentes t studiosi ait va  
 le. lib. i. di. q̄ n̄ dubitateſt impia  
 sacris seruir t ita se hūanaꝝ rep  
 b̄e regimen estimāta: si divine  
 potētie bñ pſtāterq̄ fuisset famu

lata. Un̄ pari vindicta parētum  
 ac deoz violatio: expianda erat:  
 ait ibidez. Et m̄fes Romane ac  
 filie: p̄iuges t sorores: t p̄ Lan  
 nensem cladem absterſis lachry  
 mis. p suis interfectis: candidaz  
 induere vestē t aris thura dare  
 coacte sūt: ait ibidē. Et i herāt cō  
 stātes: ait ibidē. li. di. q̄ Alexā.  
 sacrificāti astabat vn̄ tenēs thur  
 ribulū: i cui⁹ brachiū carbo dila  
 psus cū ita vrereſt: vt odoꝝ ad na  
 res sacrificatiū pueniret: tñ t do  
 lorē silētio p̄ſſit t brachiū imobi  
 le tenuit: ne sacrificiū Alexādri  
 aut cōcuso thurribulo: aut edi  
 to gemitu ſimpediret. **E** Alterius  
 de affectu eoz t humilitate etiā  
 erga inferiores: luculēter exp̄mis  
 in gestis eoz. Un̄ Helynandus  
 in gestis Romanoruz narrat de  
 Trayano. q̄ cū equū ascendisse  
 ad bellū. pfecturus: vidua q̄daꝝ  
 apprehenso pede eius miserabil  
 liter lugens iustitia; ſibi petiit de  
 eis qui filiū ei⁹ bonū t innocen  
 tem occiderant. vi. Tu Auguste  
 impas. t ego tā atrocem iniuriaꝝ  
 patior. Lui impator. Ego tibi ſa  
 uifaciā cū rediero. Et illa. Quid  
 si non redieris? Successor inge  
 me⁹ tibi ſauifacier. Et illa. Quid  
 tibi pdest ſi aliud bñficerit? Tu  
